ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

SAMVELI

L.B. DE COCCEII

AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS

IN

SANCTIORE CONSILIO STATVS ADMINISTRO
OMNIVM QVAE IN TERRIS BORVSSICO-BRANDEN-
BVRGICIS FLORENT TAM SACRORVM QVAM
CIVILIVM TRIBVNALIVM PRAESIDI
SVPREMO DYNASTAE IN PVCHLIN
ROEPKOW

RELIQVA.

VIRO
ILLVSTRISSIMO
AC
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO
DE BRAND
AVGVSTISSIMI BORVSSORVM
REGIS BELLI ET STATVS
ADMINISTRO INTIMO
RERVM ECCLESIASTICARVM, AC CONSISTORII
ELECTORALIS MARCHICI
PRAESIDI OPTIMO
ACADEMIARVM REGIARVM
OMNIVM ITEMQVE SCHOLARVM
VT ET BIBLIOTHECAE REGIAE
CVRATORI SVPREMO
CAVSSARVM GALLICARVM GVBERNATORI
DOMINO HAEREDITARIO IN WVDZIG, HERMSDORFF, LIPKE, GRAHLOW,
ET POLLICHEN
ETC. ETC.

ILLVSTRISSIMO
NEC NON
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
GEORGIO DIETLOFFIO AB ARNIM

POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI
IN
SANCTIORE CONSILIO STATVS INTIMI
ADMINISTRO
IVDICII SECRETIORIS RERVM CIVILIVM
PRAESIDI
SVPREMI TRIBVNALIS ADPELLATIONVM
INPRIMIS
RAVENSBERGENSIS DIRECTORI FEVDALI
ORDINIS IOANNITICI EQVITI ET DESIGNATO
WERBICENSIS BALLIVIATVS COMMENDATORI
DOMINO HAEREDITARIO IN BOIZENBVRG
ET ZICHOW
RELIQVA.

ILLVSTRISSIMI VIRI
DOMINI GRATIOSISSIMI

Quodquod Auguſtiſſimo Potentiſſimoque REGI noſtro, CVI Deus tot uictorias totque triumphos, quotiescumque ſapientiſſima aeque ac heroica ILLIVS maieſtas hoſtes frangere et retundere exoptat, benigniſſime largiatur! ſubiectionis fideliſſimae monimentum ſub auſpiciis clementiſſime mihi demandati muneris poſui, quantulumcumque illud eſt, VOBIS, VIRI ILLVSTRISSIMI, inter prima patriae decora publicaeque ſalutis, iuſtitiae et litterarum ab Indulgentiſſimo REGE conſtitutis cuſtodibus et adminiſtris pientiſſima animi deuotione offero.

Suſci-

Suſcipite itaque, VIRI ILLVSTRISSIMI, ea, qua ſoletis, clementia ac humanitate primum quod VOBIS obſequii pignus mea debet obſeruantia, firmiſſimeque VOBIS perſuaſum, obſecro, habeatis, nihil in VOBIS colendis atque ſuſpiciendis mihi unquam fore ut ſplendidius ita magnificentius.

Quod ſacratum perpetuo VOBIS fidiſſimum pectus meum pro perenni VESTRORVM ILLVSTRISSIMARVMque NECESSITVDINVM incolumitate ac ſplendore flagrantiſſimas Deo Ter Optimo Maximo preces pertinaciſſime fundit, VESTRAque inmortalia in me beneficia ſubmiſſiſſima mentis pietate ad extremos uitae halitus exoſculatur.

ILLVSTRISSIMORVM NOMINVM
VESTRORVM

Francofurti cis Viadrum
IX. Kal. Octobr.
MDCCXXXXI.

uenerator obſeruantiſſimus
Io. Gottl. de Hackeman.

IO. GOTTL. DE HACKEMAN, ICTI

ORATIO

DE

FELICITATE TERRARVM EX PRINCIPIS PHILOSOPHI REGIMINE ORIVNDA

DICTA SOLLEMNITER

IN ACADEMIA VIADRINA

A. D. V. QVART. KAL. SEPT. MDCCXXXXI.

QVVM

PROFESSIONEM INSTITVTIONVM ORDINARIAM

RITE SVSCIPERET.

FRANCOFVRTI AD VIADRVM

TYPIS SIGISMVNDI GABRIEL. ALEX.



RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE,

ILLVSTRISSIME COMES,

DE RERVM DIVINARVM HVMANARVMQVE SCIENTIIS CLARISSIME MERITI AC MERENTES ORDINVM OMNIVM PROFESSORES,

VENERABILES, ILLVSTRES, INCLITI, CELEBERRIMI, TVQVE DVLCISSIMA SPES PATRIAE, LECTISSIMVS ACADEMIAE THESAVRVS,

GENERE AC VIRTVTE NOBILISSIMA CIVIVM IVVENVMQVE AD OPTIMAS DOCTRINAS ADSPIRANTIVM FLORENTISSIMA CORONA.

HOSPITES EXOPTATISSIMI.

AVDITORES OMNIS GENERIS ATQVE CONDITIONIS COLENDISSIMI.

***   ***   ***



uotiescumque ad illud Pythagorae ſummi olim ſectae Italicae capitis, egregium facinus mentem meam intendo, quo ille ſapientis cognomen reſpuens, philoſophi tantum titulo condecorari maluit, toties in rei admirationem abreptus, triplex in ea re decus me animad-

uertere gaudeo, ſcilicet excelſum cognitionis ac doctrinae in uiro diuino faſtigium, inſignem de ſe ſentiendi modeſtiam, mirificamque ad omne ſapientiae genus propenſionem. Perſpexerat uir ſummis ingenii ornamentis rerumque infinitarum cognitione et experientia exercitatiſſimus, maximam partem eorum, quae diuturno uſu eximiaque induſtria iam tum addidiciſſet, longe minimam eſſe particulam illarum rerum, quae ſibi perdiſcendae adhuc reſtarent. Huius ergo defectus aegritudine preſſus, tantum aberat, ut inmoderatae quidquam confidentiae aut inſolentis adrogantiae uel ſuperbiae inde ſibi ſumeret, ut potius nefandae iſtud ſibi ignominiae duceret, ſtulta iactantia aut animi turgentis aut dementiae aut utriusque criminis notam incurrere. Verum enim uero tenuitatis ſuae conſcius non poterat non maiori ſemper cupiditate inflammari, ut minorem illam cognitionis ſuae particulam inſignibus acceſſionibus augeret, et nouo in dies rerum addiſcendarum incremento adcumularet. Ita σοφȣ ſeu ſapientis cognomento ueluti offenſus et abſolutiſſimae eruditionis fucum ſimulatamque ſpeciem faſtidiens φιλοσόφȣ potius, hoc eſt, amatoris ſapientiae titulum, ſi quo nomine adpellandus eſſet, aucupabatur. Et ſane quidem hocce extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, uiros praeclara rerum difficillimarum ſapientia et

exer-

exercitatione praestantissimos omni uirtutum genere maxime abundare, et prae aliis probitatem, iustitiam, honestatem, mansuetudinem, industriam, iucunditatem, elegantiam, et quidquid praeter ea boni uel natura uel ars uel conditio spondet; non modo prae se ferre, sed ueluti suam sibi possessionem uindicare. Ideoque uere dictum esse uel etiam ex hoc Pythagorae facinore adparet, quod trito illo circumfertur prouerbio: didicisse fideliter artes emollit mores, nec sinit esse feros. Nullum consentiens nobis Plutarchus ex Musarum, inquit, placiditate ferunt mortales maiorem fructum, quam quod ingenium doctrina et institutione quasi mollescat, ut per illam deinde lubenter amplectatur mediocritatem, et omne id, quod inmodicum est, deponat. Quandoquidem autem strenua et praestans rerum pulcerrimarum scientia omnibus omnino uitae humanae generibus mirum in modum est proficua, longe tamen uberiorem insigniorem-que fructum et felicitatem adfert ciuitatibus publicisque rebus optime gubernandis, iisque ad communem omnium salutem, tranquillitatem ac prae caeteris eminentiam euehendis. O! quam uerissimum ergo est illud Marci Antonini inperatoris ex Platone effatum: tum demum florebunt ciuitates, ubi aut philosophi regnabunt, aut inperatores philosophabuntur, nec prius desiturum est

 huma-

humanum genus in malis uersari, quam quum aut homines uere recteque philosophantes rerumpublicarum gubernationem fuerint adepti, aut hi, qui gubernant, diuina quadam sorte uere philosophentur. His rite ponderatis, AVDITORES omnium ordinum aestumatissimi, quicumque VESTRVM florem illum eximiamque terrarum Brandenburgicarum felicitatem ingenii acie mecum intuetur, confestim is absque errore uerissime statuet, prosperrimum harum regionum statum ex nullo alio quoquam fonte suam trahere originem, quam quod in his terris uere philosophantes gubernacula teneant. Ipse REX noster gloriosissimus, sapientissimus patriae admiranda SVA in scientiarum culturam propensione ac munificentia propriam recte philosophandi peritiam in omnibus regiis suis conaminibus adeo luculentissime prodit, ut nemo tam uecors sit, quin inter sapientissimos Principes loco supremo EVM conlocare, EVNDEMque PRINCIPEM PHILOSOPHVM omni iure meritoque adpellitare nullus dubitet.* Quae res mihi de orationis argumento hodie meditanti adeo iucunda, adeo excellens, adeo mirabilis conparere debuit, ut de *felicitate terrarum ex* *Prin-*

* Qualem olim Justinianus Imperatorem, talem nostra aetas REGEM Augustissimum nostrum admiratur: *philosophissimum* Nou. XXII, XLX.

Principis Philosophi regimine oriunda ad VOS uerba facere exultabundus mecum constituerim. Pollicetur mihi ipsa huius argumenti praestantia adtentam a VOBIS auscultationem, quam si leuior forte ingenii mei modulus in eius rei anplificatione non ea, qua par est, dignitate merebitur, singulari VESTRA benignitate eam ut haud grauatim sustentare uel conpensare uelitis, omni a VOBIS humanitate et oro atque contendo.

A PRINCIPE PHILOSOPHO igitur sermonis mei summam repetens, proxime ab illo deriuandum esse omnem rerumpublicarum florem solidissimis conuictus rationibus existimo. Ex diuersis uariorum uitae generum ac studiorum, facultatum conditionumque membris respublicae conditae et conflatae sunt, non secus atque hic uniuersus, quem conspicere licet, mundus ex diuersis et contrariis admodum elementis mira quadam harmonia per omnipotentis creatoris manum temperatus et constitutus est. Certe, quem ad modum nauis multis ictibus conpingitur clauis, paxillis, deinde ad tempus relinquitur aliquantum, donec cohaerescant uerticuli et conmissurae, ac tuto postmodum sulcat maria: sic ciuitates multis conditae curis, laboribus, innumeris inmutatae casibus, uariis pressae calamitatibus, plurimis auctae

emen-

emendationibus, tandem in perfectum corpus coalescunt, ut tuta et tranquilla uita ciues fruantur: cuius quidem sententiae auctor est Plutarchus de reipublicae administratione. Adeamus Romam, omnium olim terrarum caput et reginam, et exploremus cui fortunae aut casui natales suos debeat! Transeamus ad ditissimas locupletissimasque hodie ciuitates, regna, prouincias. Peruestigemus extremos Indorum atque Garamantarum limites, et de populorum ac ciuitatum originibus, confluxu et coalitione disquiramus! Non aliud singulorum est principium atque illud, quo homines diuersi ingenii, morum, sollertiae, uirium, artium, famae, opum ac rationum dulcissimi mutuique audiutorii caussa, fœdus ac societatem inter se inierunt, ut tanquam fides diuersi soni atque tenoris in unam harmoniam conspirarent; et sicuti manus nostrae propter ea non exsistunt infirmiores, quod in digitos quasi dissectae sunt, sed exinde multo ad operandum agiliores deprehenduntur: ita negocia multis conmunicata in uno reipublicae coetu plenius rectiusque conficerentur. Palam autem est ipsoque sole meridiano manifestius, haud facile contineri et in optimi status, ubi quemquam adquisiuerunt, fastigio nullatenus conseruari posse respublicas, nisi iusta et concinna partium singularum inter se coordinatione, diligentissimaque

gradus,

gradus, loci, ſeriei, modi et conpoſitionis ad unamquamque illarum pertinentis deſignatione et conſtitutione. Veſtrae ipſorum ſententiae, AVDITORES, rem diiudicandam relinquo. Ad quid, quaeſo, lapides, lateres, ligna, tegulae, calx, ſabulum, inordinate quidem proiectae, aut nulla diſtinctae artificioſaeque conſtructionis conpagine coaceruatae, ad quid, quaeſo proderunt, aut cui demum uſui uel conmodo inſeruient, nihil omnino, niſi confuſum et inanem rerum inconditarum cumulum et inutile terrae pondus repraeſentantes. Quodſi uero hae omnes atque ſingulae decenti et ad amuſſim relata conlocatione ac ſitu, adhibitis genuinis aedificia condendi legibus ad firmitudinem, conmoditatem et ſymmetriam inter ſe ordinentur et contexantur, ut aliae illarum deorſum, quae neque putrefiant, neque ab inbribus diffluant, aliae ſurſum, quae a cœli iniuriis defendant, aliae in medio, quae obportunam aedificii inhabitationem ſuggerant, diſpoſitae conſpiciantur, nae, quaeſo VOS AVDITORES, an non ita conpoſitae et in ordinem redactae plurimum emolumenti et obportunitatis iucunditatisque adferent, felicitatem inquilinorum adprime promouentes? Aut, quid, quaeſo, proficere arbitramini uel domi uel deinceps ingentem militum multitudinem, ſi nulli eorum conſtiterit, cuius ſit centuriae uel legionis,

aut, si singuli ineptis bellandi exercitiis praepostere operam dederint, aut, si sordido agrestium armorum adparatu confuse ac temere concursauerint? Ita quoque perspectu est facillimum eam demum optime florere rempublicam, quae legum adstricta obsequio, munitissimarum urbium nitido exornata habitu, exquisito bonorum uirorum et ad egregia quaeuis adspirantium delectu stipata, aequissimis uirtutum laborumque praemiis excitata, optatisque omnium ad huius uitae necessitatem spectantium rerum adfluentiis locupletata, ad perfectissimam singulorum membrorum inter se societatem arctissimo pietatis honestatisque uinculo contineatur.

Ad omnem uero hancce rerumpublicarum dignitatem, perfectionem ac felicitatem ordinandam, dirigendam atque conseruandam aliquod necesse est summum caput, quod PRINCIPIS nomine salutabitur. Hic scilicet est, qui ex diuersis quidem inter se chordarum seu fidium sonis ac uocibus, scitissime tamen summae prudentiae clauicula ad iucundissimam inuicem conspirationem intendendis uel remittendis iustam omnibusque numeris absolutam harmoniam & concentum conciliabit, ut singulorum membrorum exactissima inter se conuenientia pulcerrimusque nexus produ-

producatur. Princeps, inquam eſt, qui ad reipublicae puppim ſedens prouidiſſima gubernaculi moderatione inpendentia forte nauigantibus nocumenta non ſolum auertit, ſed etiam in apertiſſimo ſalo nauem fortunato tramite anbulantem conſtituit. Haud licebit dormitabundum eſſe, qui clauo adſidet. Nullum autem mare tam graues umquam habere ſolet tempeſtates, quam omne regnum adſidue. Semper itaque principi uigilandum, ne quid erretur, aut cum plurimorum pernicie delinquatur. Quid quod? Quem ad modum aut magnitudo nauis, aut mercium pretia, aut uectorum numerus neque elatiorem reddunt neque negligentiorem nauclerum ingenuum, ſed potius adtentiorem et de officio ſuo recte obeundo magis magisque ſollicitum, ita nec reipublicae gerendae difficultas, nec domeſticarum fortunarum opulentia, neque ſubiectorum ciuium uaria mixtura uel perturbata multitudo principem de partium ſuarum gradu deiiciat, ſed ad inperandum, grauiſſimi ſui muneris curandam expletionem usque quaque alacriorem reddet. Oculus eſt politici ſui corporis princeps, prouinciis ſuis adoptatus atque a Deo deſtinatus pro adminiſtratione eorum, quae omnibus uſui eſſe poſſunt. Principem igitur oportet ſibi ſubditis ueluti propriis corporis ſui membris omni cura proſpicere, ut in quibuslibet bonis pro-

 ficiant,

ficiant, neque ullo malorum aut calamitatum offendiculo illidantur. Pulcerrimum potius illud sui simulacrum nempe solem imitetur, ipse in reipublicae suae expanso anplissimo constitutus, uiuamque eius imaginem repraesentet. Collustrat illud nitidissimum lumen orbem uniuersum splendidissimis suis radiis, fouens ac refocillans omnia, eaque insigni sua uirtute adtemperans atque excitans, ut conmodo tempore et iusta ratione ex perenni naturae fœdere innumerae frugum opes mira fœcunditate effundantur ac producantur. Pari princeps ratione fulgentissimo sapientiae suae lumine singulos prouinciarum suarum tractus perlustret et expleat, clementiaeque suae calore iustitiaeque suae temperie subiecta corporis sui membra recreet ac dirigat, ut suo quodlibet fungatur officio, uberrimosque genuinae integritatis ac felicitatis fructus maxima largitate procreet et conficiat.

Qua uero alia re adiutus princeps hoc ipsum excellentius feliciusque praestabit, quam uero SAPIENTIAE prudentiaeque studio et adminiculo? Quum enim principi nihil possit esse iucundius, quam si contempletur ac respiciat suam rempublicam sua opera redditam et meliorem et florentiorem, plurimum omnino perspiciat oportet, ueluti

ueluti qui unus prospicit omnibus, plurimumque sapiat necesse est, utpote qui solus consulit uniuersis. PHILOSOPHVM, inquam, oportet esse principem, qualem diuinus olim Plato, cuius initio mentio facta est, postulat, eam pronunciando sententiam: tunc demum respublicas exstituras felices, ubi aut Philosophi regnarent, aut reges philosopharentur. Equidem tanta sensus diuersitate laborare cernimus modestissimam illam philosophiae uocem, ut uix mirandum sit, si aliquando et a nonnullis uel odio uel saltim despectui eam haberi forte contingat. Eximius philosophus ipse Cicero eiusmodi philosophiae tum abusum tum anbiguitatem acriter reprehendit, dum is, quotusquisque, *inquit*, philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac uita constitutus, ut ratio postulat; qui disciplinam non ostentationem scientiae sed legem uitae putet; quique obtemperet ipse sibi, ac decretis suis pareat; uidere licet alios tanta leuitate ac iactatione, iis ut fuerit non- didicisse melius: alios pecuniae cupidos, nonnullos gloriae, multos libidinum seruos, ut cum eorum uita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem est turpissimum. Verum enim uero absit ut in deteriori eiusmodi sensu philosophiae uox a bonis uiris accipiatur, utpote quae omnem omnino potius inmensumque cogni-

 tionis

tionis ac ſcientiae, conſilii, ſollertiae, ingenii, uirtutis prudentiaeque campum aut pelagum in ſe conprehendit. Quodſi enim aequitatis uel iuſtitiae omnisque humanae ſocietatis uinculi regulas requiſiueris, eas tibi integras et inconruptas ſubminiſtrabit philoſophia. Si pietatis cultusque diuini uirtutumque atque morum exactam normam deſideraueris, hanc, tibi ex ſanioris rationis clariſſimo lumine per ſanctiſſimae reuelationis canonem defecato praeſtabit philoſophia. Adſpiraueris fortaſſe ad bonae ualetudinis uitaeque conſeruandae praecepta aut ſtudia, haec tibi ex uniuerſae naturae anplisſimo aerario ſubpeditabit philoſophia. Retuleris forte curas tuas ad publicas rationes atque uel conmerciorum emolumentum, uel ciuium tranquillitatem, uel ſtatuum amicabilem inter ſe conuenientiam, uel inperii adminiſtrationem, uel religionis denique ſtrenuam defenſionem reſpicias, hiſce omnibus plurimum adiumenti praeſidiique praebebit philoſophia. Ita quam latisſime ſeſe extendit profuſiſſimoque ſuo anbitu omnes humanae diuinaeque ſapientiae theſauros conplectitur, ut nihil unquam offendas in tota rerum uniuerſitate, quod non ſuae faciat ditionis, ad ſuumque tribunal cogat. Ita, inquam, conſentiente Tullio, philoſophia, mater omnium bonarum artium, nihil eſt aliud, niſi, ut Plato

ait,

ait, donum et inuentum deorum. Haec nos primum ad dei cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiam magnitudinemque animi erudiuit, eademque ab animo, tanquam ab oculis caliginem, diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, ultima, media uideremus. Omni omnino iure igitur meritoque cum eodem Tullio * exclamamus: O uitae philoſophia dux! O uirtutis indagatrix expultrixque uitiorum! Quid non modo nos ſed omnino uita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti: Tu diſſipatos homines in ſocietatem uitae conuocaſti: Tu eos inter ſe primo domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum et uocum conmunione iunxiſti. Tu inuentrix legum, tu magiſtra morum ac diſciplinae fuiſti. Tu uitae tranquillitatem largita nobis es et terrorem mortis ſuſtuliſti. Anbabus, AVDITORES, id mihi manibus facile largiemini, optimam eſſe rempublicam exſiſtente PRINCIPE PHILOSOPHO.

Talem in terris noſtris REGEM adoramus, REGEM excellentioris philoſophiae ſeu ſapientiae praeceptis inde iam a teneris, quod uulgo aiunt, unguiculis inbutum. Eam in glorioſiſſimo noſtro REGE deuotiſſima admiratione ueneramur. Neutiquam

* Tuſcul. quæſt. V, 11.

tiquam ſufficeret mihi totius diei ſpatium, ne dicam praeſens horula, orationi meae hodiernae adſignata, ſi innumeris illis, quae in propatulo exſiſtunt, et quae uniuerſam hodie orbem excitant, documentis declarare laborarem, omnium elogiorum loco hoc ſaltem eſſe poſſe, ſi eumdem PHILOSOPHVM adpellauerimus, omnesque IPSI ſubiectas regiones ſub ſapientiſſimo eiusdem regimine non poſſe non florere, omnisque generis felicitatibus abundare. Nihil ergo reſtabit anplius, quam ut muneris mei a Potentiſſimo REGE noſtro clementiſſime mihi demandati diligentem adminiſtrationem hodie ſuſcepturus ex hoc publicis doctrinarum interpretationibus ſacrato loco animo ſubiectiſſimo ad ſanctiſſima Indulgentiſſimi REGIS genua me prouoluam, EIque humillima mente uota nuncupem ardentiſſima, ut ſapientiſſimo EIVS regimine quam diutiſſime beari atque gaudere benigniſſima Dei Ter Optimi Maximi uoluntate nobis contingat. Dirigat ſupremum Numen conſultiſſimos EIVS conatus, curas, et incepta ad ipſum uerae philoſophiae finem, qui eſt publica et conmunis omnium ordinum conſtantiſſima felicitas.

De hinc ILLVSTRISSIMORVM ſupremi in his terris regiminis ADMINISTRORVM admi-

admirabilem erga me gratiam deuotissima obseruantia prosequor, fidelitatem meam et obsequia, quae ILLIS nunquam non me debere liberrime meritoque agnosco, obstrictissima mente tradens atque addicens, quotidianisque Deum efflagitaturus precibus, ut saluberrimis EORVM consiliis praesto semper adsit, clarissimaque merita ILLORVM praemiis ex omni parte splendidissimis reddat inlustriora.

VOBIS uero, PATRES CONSCRIPTI, magnifice Rector, Doctores ac Professores excellentissimi, eas, quas debeo, gratias agens unanimem suffragiorum uestrorum conlationem exosculor, sancte pollicitus, me nullo unquam tempore quidquam esse intermissurum, unde strenuam ad omnia officiorum genera promtitudinem meam intelligatis, enixeque rogans, ut beneuolentia, qua cepistis, ulterius me conplecti non dedignemini. Salue quoque et TV florentissima atque fulgentissima ciuium corona, flos saeculi uiuidissimus, spes patriae exoptatissima! Saluete, inquam, CONMILITONES, genere et uirtute florentissimi! Vestro enim emolumento, quidquid muneris mihi concreditum est, quidquid uiribus meis ullo unquam tempore effici potest, quo par

 est,

est, animi adfectu tenerrimo, promtissimo offero, dico, consecro. Ad exhibenda haec VOBIS officiorum genera uniuersitatis nostrae canones quam firmissime obligatum me reddunt atque adstrictum, ut scilicet, quem ad modum in illius *notitia* memoratu dignum inuenimus, *docentes se frugi pastores fore recordarentur, non mercenarios, qui uentris et stipendiorum, non studiorum caussa hic agerent.* *

Floreatis itaque, uigeatis, participesque olim omnium felicitatum reddimini, quae ex Gloriosissimi nostri PHILOSOPHI fortunatissimo regimine honestissimos uestros conatus certissime consequentur. Conplectamini uero me illa gratia, fauore, amicitia, qualem promereri indefessa conmodis Vestris dicata studia nunquam non adlaborabunt.

Tibi denique aeterne atque clementissime Deus, qui prosperrima rerum mearum directione sapientissimam tuam prouidentiam ad hunc usque diem mihi conprobasti, me totum denuo mancipo et trado, omnia tuae benignitati porro conmendans, quae in sempiternum sancti tui nominis hono-

* *Conf.* IO. CHRIST. BECKMAN. *Cap. I. pag. 2. in notit. uniuers. Francof.*

honorem, proximi mei conmodum, meamque ipsius praesentem aeternamque salutem unquam suscipere aut agere possum. Serua REGEM! Serua gentem BRANDENBVRGICAM, serua REGIS ADMINISTROS, serua ACADEMIAM, serua publicam sub REGE PHILOSOPHO felicitatem!

DIXI.



TRACTATVS
DE TRIBVNALIBVS VRBIS ET EORVM PRAEVENTIONIBVS.

DOCTORIS MARTAE NEAPOLITANI in Romana Curia Aduocati.

PERILLVSTRI AC REVERENDISSIMO VIRO D. LAVRENTIO BLANCHETTO ROTAE AVDITORI.



CVM PRIVILEGIO.



ROMAE, Apud Marcum Antonium Morettum. 1589.

PERMISSV SVPERIORVM.

PER ILLVSTRI AC REVERENDISSIMO VIRO D. LAVRENTIO BLANCHETTO ROTÆ AVDITORI.



DOCTOR MARTA S. D.



VANTVM desiderio laborauerim, vt perquirerem aliquid, atque inuestigarem, quo mihi, deditissimum animum, ac studium erga te summum ostendere aliqua ex parte commodè liceret, ex hoc cognoscere apertissimè poteris, quòd etsi circa huius Curiæ theatri materias essem vehementer occupatus, inq; multarum causarum patrocinio, ac in almæ vrbis sapientia in iurisprudentiæ lectura satis accuratus, vt nullum mihi vacuum tempus & liberum tribueretur, quasdam tamen lucubrationes, addere valui, quibus & mihimet ipsi satisfecisse, & tibi, cui de omnium bonarum artium studiis optimè merenti certatim quisque officium suum exhibere debet, qui ingenuas artes profitetur, omniq; studio eniti vt nomen & famam tuam perpetuis literis celebret, atque posteris imitandum proponat, rem gratam summoperè facturum existimo, nec non eo gratiorem, quo me nouum hoc opus aggredi cognosces. & à nemine ad hæc vsque tempora pertractatum, In quo & de aliorum tribunalium Vrbis, & de Rotæ potissimum auctoritate, ipsorumq; præuentionibus rationem habui, tibiq; in Rota magnæ auctoritatis viro inscribendum existimaui: quem eximia rerum scientia, morum omnium integritate, ac vitæ sanctimonia oppidò suspiciendum, annos sexdecim, omnes incredibili tua in iudicando scientia, in deliberando grauitate, in apparando diligentia, & celeritate admirati sunt: quos itaque cognoscis ita rationibus conuincis, vt se meritò diiudicatos fateantur. Has cùm animi tui dotes Sixtus V. Pont.Max. optimè cognitas haberet, sta-

tim legationis Polonæ, cui Amplissimus Cardinalis Aldobrandinus Præpositus est, Locumtenentem te misit. Neminem enim latet perspicacissimam tuam solertiam grandioribus semper Dei, & naturæ misteriis intentam omni cura, atque diligentia sinceram indagare veritatem, quantoq; res ipsa est cognitu difficilior, magisq; in dubiorum controuersia reposita, tantò illam velle studiosius perscrutari, & medullitus intelligere. Munus igitur hoc tuo amplissimo nomini consecratum, quantulumcunque sit vir sapientissime, ac munificentissime ea benignitate prosequere, qua tui studiosorum munera prosequi assoles, quod si dabitur, sublimi feriam sydera vertice. Vale.

TRACTATVS DE TRIBVNALIBVS VRBIS. DOCTORIS MARTÆ.



SVMMARIA PROOEMII.

1 *Linguæ munus, & officium quale*
2 *Operis præsentis intentio*
3 *Officia & status cur in Ecclesia diuersi. & num.6.*
4 *Ecclesiastica ciuitas consistit ex duobus parietibus*
5 *Diuersi cur deputandi sint ad diuersos actus*
7 *Tractanda in hoc tractatu.*

PROOEMIVM.



Lingua, vt Lactantius Firmianus scribit lib. 6. diuin. instit. cap. 13. cùm verum loqui cœperit, & virtutem, maiestatemque Dei interpretari, tunc demum suo fungitur
2 munere, †quãdiu falsa loquitur in suo vsu non est. Quod cum ita sit, scribentes aliquos qui falsis argumentis, & adulationibus officialium vrbis (qui iudicant in veritate, & eorum thronus in æternum firmabitur prouerb. 29.) animos decipere consueuerunt, vt in suis tractatibus, veritatem omnipotentis Dei propositam non habuerunt, rectius homines ad dementiam superuacuam, ad blandas, atque seditiosas fallacias instructos, quàm scientijs, quæ donum Dei sunt 16. q. 1. reuertimini, indutos, vnusquisque dixerit.

Ego autem Iacobus Antonius V.I. Doctor Marta Neapolitanus post quam multa volumina in Philosophia lucubrauerim, cum in Curia Romana causarum patrocinium susceperim, eius
2 tribunalium †ueram & indubitatam auctoritatem, & inter ipsa de iurisdictione sæpius vertentia dubia soluere constitui. Vt igitur quæ assiduis adeptus sum laboribus, atque crebris vigilijs ab omni malitia, & adulatione aliena successoribus forte deseruiant. Cum singuli viuentes suos patiantur detractores, ante Theatri eiusdem Curiæ, mihi diutissimè, & accuratissimè elaborati, publicationem, opusculum præsens, sine fuco, & ostentatione verborum, (vt mei moris est) in lucem prodire non indignatus sum, quod non ad uocatis modo iunioribus, sed officialibus omnibus perquam vtile fore intelligetur. Summus itaque Pontifex vt ex ordine statuum, & officiorum graduum monarchia Ecclesiæ exornetur c. adhæc 89. dist. ne portæ inferi præualeant aduersus eam Matth. 16. secundùm illud Cantic. 6. terribilis vt castrorum acies ordinata, vtque Dei Ecclesia dicatur munita ciuitas cantic. 3. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem & Isaiæ 62. super muros tuos Hierusalem custodiui custodes, congruentissimè, ac conuenientis-
3 simè varia† officia, & status creare debet, nam cum Ecclesia militans exem-

plata

plata sit à triumphante ad Hebr. 9. omnia hæc exemplaria sunt cæleſtium, cùmq; exemplata illud à quo exemplata sunt, imitari debeant, ſicut eccleſia triumphans multiplici cæleſtium varietate officiorum, & dignitatum diſtincta eſt, ita eccleſia militans debet multiplici officiorum varietate ordinari, vt certius canere poſſimus cũ Propheta pſalm. 44. Aſtitit regina à dextris tuis circundata varietate: Vnde Hugo de Sancto Victore dicit ciui-
4 tas eccleſiaſtica † conſiſtit ex duobus parietibus ſcilicet laicorum, & clericorum, ſed inter laicos conueniens officiorum diuerſitas, & iuſtitiam adminiſtrantium aſſignata eſt, ergo pari, imò maiori ratione id inter clericos dandum eſt. Nam ad Epheſ. 4. ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Euangeliſtas alios paſtores, & Doctores, ad conſummationẽ ſanctorum in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti ideſt Eccleſiæ. Inſuper ad diuerſos actus diuerſi
5 † deputandi ſunt, vt expeditius, & ſine confuſione omnia peragantur, ideo 3. reg. 10. dicitur quòd Regina Saba videns omnem ſapientiam Salomonis, habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, nõ habebat vltra ſpiritum.
6 Quamobrem officiorum † & ſtatuum neceſſaria eſt diuerſitas, & ad Thimo. 2. in magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed lignea, & fictilia, & D. Bernardus ſuper illo cantic. 2. ordinauit in me charitatem dicit diſcretio virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, decorem, & perpetuitatem, ex prædictis itaque connectitur eccleſia in perfectam vnitatẽ 93. diſt. legimus. Alios itaque miniſtros circa eius perſonam conſtituit, alios ad cõmune principatus regimen deputat, tertios ad particularis ciuitatis gubernationem decernit: Miniſtrorum verò alios Cardinales aſſeſſores & conſiliarios facit ſcilicet omnes Cardinales, qui prædictam ordinis rationem perfectè cognoſcant, Aliis iudiciorum omnium diſpoſitionem committit. De
7 hac vltima igitur parte † vbi iudicia omnia in Romana hac Curia capiuntur, propoſitum noſtrum eſt differere, de quorum aliquibus licet antiquiores, & ſucceſſores pertractando ſtudium multum poſuerint, nouum tamen, & pleniſſimum de ſacri Pontificij Auditorij, & Apoſtolicæ Cameræ auctoritate, aliorumq; etiam tribunalium tractatum aggredior. Mox de præuentionibus ipſorum pertractabo: ſi prius originem, & iuriſdictionis ſpecies, Deinde an omnes iudices in Curia delegati exiſtant cognitionem optimam præcapiemus. Vt igitur hos labores non ingenio, aut eruditione mea fretus auſpicor, ſed Spiritus ſancti auxilio, atque fauore, ita animo demiſſo, atq; humili ad opem Ieſu Chriſti ſupplex, abiectusque confugio, vt ſimul cum patre mihi ipſum liberaliter impertiantur, quò fœliciſſimis auſpiciis non profanis, ſed religioſiſſimis incipiam.

SVMMARIA.

1 *Mundus à quibus, diuerſis, & ſucceſſiuis temporibus rectus fuerit.*
2 *Sacerdotium, & Regnum penes quos fuit.*
3 *Populus quo tempore petijt ſibi Regem.*
4 *Reges vncti regna adminiſtrabant, & quare.*
5 *Chriſtus Rex fuit, & Sacerdos.*
6 *Regnum temporale, & ſpirituale deuolutum eſt ad Chriſtum.*

7 Con-

De Origine iurisdictionis. Cap. I.

PRimum igitur de origine Iurisdictionis in hoc præsenti capite pertractare intendentes, vt apud Vrbis tribunalia totius mundi causas tractari, & decidi posse patefiat, ab initio res est trahenda. Cùm enim Deus Omnipotens vniuersam hanc rerum molem, & omnia quæ in ea sunt Angelicam, & humanam naturam, spiritualia, & temporalia infinita qua pollet sapientia esset fabricatus, omnia per seipsum regere
1 † cœpit, vt per Innoc. in c. licet ex suscepto de foro compet. præcepta dedit, & transgressoribus pœnam imposuit scilicet Adæ, & Euæ, alios puniuit, vt Caim, & cæteros vsque ad Noe Genes. cap. 4. Huic postea regimen sui populi commisit, & vsque ad Samuelem per Patriarchas Iudices, & Reges, qui & Sacerdotes etiam erant, gubernauit. Isti in Vicariatu Dei in populo Israel successerunt, quem sibi electum taliter regi, & gubernari voluit, quemadmodum præceptis per Moysem traditis instruxerat, & per Prophetas de aduentu suo, & admonitione futura præmonuerat. Fuit etiam hoc sacerdo-
2 tium † & Regnum penes alios, qui nõ de populo isto, sed ex gentibus erant, vnde Apostol. ad Hebræos 7. Melchisedech Regem vocat, & Sacerdotem, Rex quidem Cananæus, & sacerdos psalm. 109. ita etiam Iob, vt ibi glos. asserit. Vnde Iob cùmq; sederem quasi Rex circundante exercitu, & Iob. 1. offerebat holocaustum per singulos, & sic sacerdotis officio fungebatur. Et dicit Isid. lib. 7. Aethimolog. maiorum con-

consuetudo hæc erat, vt Rex etiam esset sacerdos, & Pontifex. & ideo c. cleros 21. dist. Romani Principes, & Imperatores Pontifices dicebantur fac. l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur. Postea sub Samuele
3 † qui fuit iudex populi, idẽ populus sibi regem petijt c. audacter 8. q. 1. et c. ex merito 6. q. 1. & diuisa est administratio, quia Samuel remansit sacerdos, & qui ei successerunt in sacerdotio magnam vngendorum Regum potestatem habuerunt:
4 Saul † itaque Rex à Samuele vnctus regnum administrauit, & qui ei successerũt in regno Dauid, Salomon, & alij, quod in futurorum figuram factum fuerat, vt ex noua lege Sacerdotes à temporalium iudiciis expediti, assuescerent imminente aduentu Christi vacare spiritualibus: Vnde adueniẽs
5 ipse idem Christus † Rex fuit, & Sacerdos: Rex quidem Cananæus, & sacerdos Dei altissimi: ad quem om
6 ne temporale regnum † & spirituale deuolutum est; cessauitq; regnum in Augusto, & solùm Petrum, ac successores Vicarios, non autem alios reli
7 quit. Ad quem Constantinus † reuersus, recognoscens bonam [illegible], & ipsum in Dominum c. vt Constantinus 96. dist. primus fidem veritatis adeptus est, licentiamq; dedit per vniuersum orbem suo degentibus imperio non solùm fieri Christianos, sed etiam ecclesias construi, quarum ipse multas, & prædia tribuenda constituit, donariaq; immensa obtulit, atque fabricam templi primæ sedis Beati Petri, adeò vt sedem imperialem relinqueret, & Petro, eiusq; successoribus concederet. c. futuram 12. q. 1.
8 Ipse † autem non uenit huc spiritualiter regnare aut imperare, aut huius mũdi dominationem sibi vendicare, vt catholica fides tenet, nec priuare mundum sua illa diuina prouidentia, & prælatione, sed nouum, & spirituale sibi regnum conquirere, spirituale quidem propter spiritus salutem apocalip. 5. dignus es Domine aperire signacula eius quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. Hinc Luc. 12. cum quidam
9 de turba † diceret, dic fratri meo, vt diuidat hæreditatem, respondit, homo quis me cõstituit diuisorem inter vos: nam quamuis esset à Deo Rex constitutus, non tamen in terris viuens terrenum regnum temporaliter administrare voluit. Io. 18. regnum meum non est de hoc mundo, & Matth. vlti. data est mihi potestas omnis in cœlo, & in terra: Quamobrem potestatem iudiciariam super res temporales exercere noluit, cùm verterit homines ad diuina transferre. Vnde Ambros. lib. 7. super illo Luc. 12. dicit bene terrena declinat, qui propter diuina descenderat, nec iudex dignatur esse litiũ, viuorum habẽs, & mortuorum iudicium, & arbitrium meritorum. Eius igitur
10 regnum † Catholica erat sua ecclesia, ad quod etiam huius mũdi principatus, & magistratus introduci voluit, & ad regni illius sui bonum, beatitudinẽ, atque finem omnia sua officia ordinari, ac dirigi; omnes subesse eiusdem à se constituto pastori, ac præsidi, cui au
11 ctoritatem † dedit omnium qui ad hoc suum regnum pertinent obligatoriam, atque eidem omnes sine exceptione magistratus, Principes, Reges atq; Imperatores obedire præcepit, eos. s. qui illius regni vellent esse participes. Ideo Matth. 16. Beatus es Simon

mon Bariona &c. Et ego dico tibi quòd tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

12 Hæc ecclesia militans † ex triumphanti per similitudinem deriuatur secundum Io. in Apocalip. dicentem, vidi Hierusalem descendentem de cœlo, & Moysi dictum est Exodi 18. quòd faceret omnia secundum exemplar ei in monte Sinai demonstratum, & sicut in triumphanti vnus est omnium princeps, qui & in toto mundo Apocalip. 21. ipsi populus eius erunt, & ipse cum eis erit eorum Deus, ita in ecclesia militante vnus est qui præsidet vniuersis. Oseæ primo congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum, & Io. 21. Christus ascensurus ad Patrem Soli Petro gregis sui curam cõmisit dicens pasce agnos meos, rege oues meas, & ante passionem, tu iterum conuersus confirma fratres tuos Luc. 22. eiq. soli promisit, tibi dabo claues regni Cælorum, vt potestas clauium ostenderetur per eum ad alios deriuanda, ad conseruandam ecclesiæ vnitatem: Regnum enim

13 cùm sit † directio Gubernatorum ad finem, ad quem tanquam ad bonum omnia tendunt, & omnia appetunt, veritas etiam cùm pertineat ad rationem boni, vt probat Boet. lib. 1. de consolat. sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant vnitatem, sine qua esse non possunt, & ideo intentio gubernantis multitudinem, & intentio multitudinis gubernatæ vna est scilicet pax, & vnitas multitudinis in qua consistit bonum. c. omnibus 24. q. 1. Quamobrem vnus est hic pastor, moderator, & principium omnium, ad quod omnia deferuntur, vt vnitas maneat in omnibus, & pax perseueret in regno: Et sicut Dei potentia omnia gubernantur, ad Hebr. 1. omnia portat verbo virtutis suæ, agit tamen mediantibus Angelis, qui sunt spirituales substantiæ, vt Aug. 4. de ciuit. Dei cap. 5. Ita Papa qui gerit vicem Dei interris c. vnic. vt eccl. benef. ex parte bonorum spirituum regit mundum,

14 quibus ministris † vtitur, vocanturq. officiales ecclesiæ Spirituales scilicet Reges, Principes, & alij fideles, instar ecclesiæ triumphantis subordinati c. adhoc 89. dist. ecclesia militans ideo diuersos gradus in ea constituit, vt vnitatis concordia seruaretur, & singulorum recta administratio rectius gereretur. Cuius ratio assignari potest, nam vbi est plenitudo potestatis, inde pendet, & profluit virtus sequentium potestatum Arist. 2. Metaph. Sed Christus reliquit Vicario eius Petro, & successoribus c. ita Dominus 19. dist. plenitudinem po-

15 testatis, ergo à Petro, † & eiussuccessoribus dicemus esse omnes inferiores iurisdictiones, & potestates tam spirituales, quàm temporales. Ideo omnes aliæ recipiunt approbationẽ, & confirmationem à Papa per not. in c. nouit. de iudic. & in extrauag. Io. xxij. quæ incipit vnam sanctam, vel ab alio, cui ipse committit. Solus Papa non recipit à quoquam suæ electionis confirmationem c. licet denitanda de elect.

Quibus tamquam fundamentis iactis potest inferri ad quæstionem, quòd cùm Papa sit omnium superior Hierem. 1. & c. solitæ de maior. & obed. Afflict. super constit. de cultu pacis lib. 1. num. 8. etiam in temporalibus, quòd ab Imperatore, & alijs

16 principibus † qui (vt dicitur) superiorem non recognoscunt, & ab vniuer-

statibus, quæ supremi principis iure funguntur ad Papam potest appellari, ita glos. & Innoc. in c. ex transmissa, & c. licet ex suscepto de foro compet. Pa nor. in c. nouit de iudic. glos. in c. grandi in ver. regis de suppl. negl. prælat. in 6. quod maximè procedit quando negligerent facere iustitiam subditis, aut imperium, vel regnum vacarent Alex. consil. 3. nu. 1. vol. 6. Præposit. in rubr. de appel. nu. 42. Fely. in c. si duobus nu. 2. de appell. & est ratio quia Papa habet habitum iurisdictionis temporalis, vt in extrauag. Bonifacij VIII. Vnam & Alex. d. consil. 3. Afflict. super constit. de offic. mag. cam. nu. 6. lib. 1. & habitus facilè reducitur ad actũ. c. pastoralis de rescript. & iura fauent, vt res reuertatur ad suam naturam c. ab exordio 35. dist. & inter principes seculi obtinet principatum, & Monarchiam glos. in c. ad Apostolicæ de re iud. in 6. in ver. illi autem dicentes Roman. consil. 467. nu. 5. Et ideo admitti debet appellatio in multis casibus, quos infra dicemus, quò fit, vt vnusquisque princeps, saltem per suum oratorem, quem Romam mittit continuò permansurũ, obedientiã præstat, recognoscendo summũ Pontificem in dominum, Amplius ecclesia est † refugium oppressorum fidelium, quia Rex Dauid tuba Spiritus sancti erat refugiũ oppressorũ 1. Reg. cap. 22. & oĩs q opprimebat à Saule, recurrebat ad ipsum, ita summus Vicarius Dei nõ [illegible] auertere faciẽ ab oppssis Luc. de pen. in l. fi. col. pe. q. 5. C. de loc. præd. ciuil. lib. 10. Et si diceret ꝙ sancta mr̃ Ecclesia cõtulit Regi Regnũ liberũ, & exẽptũ, prout erat ante ecclesiã, antequã cõferretur arg. l. emptor. C. de hær. act. l. 1. §. cum vrbem. ff. de of. pfec. urb. & l. si qñ. C. de bon. uac. lib. 10. & l. fi. ff.

17

de constit. princip. & Psalm. 150. tibi soli peccaui, ergo nullus est superior Regi ad quem appelletur. Respondetur quòd nullus est super principes nisi Deus, vel eius Vicarius Papa, quem omnes principes recognoscunt in Dominum, vt notat Fely. in c. si duobus de appell. & dixi supra, & asserit Abb. in c. significasti col. 2. de elect. quia vnũ est consistorium Papæ, & Dei Abb. in c. licet col. 4. de elect. & probat Ant. de Rosell. in sua Monarchia pag. 4. & potest esse ratio, quia perfectio maior cõtinet minorem, vt anima intellectiua continet vegetatiuam, & tamen est vnica in homine anima Card. in clem. vnic. §. porro in 3. q. de sum. Trinit. sed

18 potestas spiritualium † est præfectio temporalium 1. q. 3. c. si quis obiecerit, quia sunt à Deo creata vt sint vsui hominum l. in pecudum ff. de vsufr. ergo potestas spiritualium, tanquam perfectior c. solitæ de maior. & obed. continet temporalia, & sic Papa omnibus præest ad glos. in clem. ad nostrũ de hæret. in ver. ecclesiæ, quæ est optima ad hoc propositum. Ex hoc infero quòd condemnatus ad pœnam mortis, & bonorum vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. cum concordantibus, potest appellare ad Papam glos. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acqu. hæred. in ver. suspensa, ibi vel appellationis. & Andr. in prælud. constit. q. 17. quem refert, & sequitur Afflict. in prælud. constit. regni q. 21. nu. 7. Nec obstat quod stantibus prædictis retarda

19 retur † iustitiæ executio, & ita omnes id facerent, quia licet id in se verum sit, vt patet per supradicta, tamen non omnibus permittitur, quia vt Papa re

20 cipiat † huiusmodi appellationes multa requirũtur. Primo quòd videat notoriè appellantem opprimi contra iusti-

iustitiam Abb. in rubr. de appell. col. 4. Secundo quòd sit informatus de qualitate Regis non soliti facere iustitiam, & facere contra ius, nam licet
21 præsumatur † pro facto Regis, qui est maior iudex vt l. 1. C. de sent. præfect. prætor. tamen præsumptio huiusmodi potest maioribus præsumptionibus elidi, vt notatur in l. diuus. ff. de in integr. rest. & si Rex est mendosus, om-
22 nes eius officiales † sic præsumuntur Andr. in c. 1. in vltim. col. qui succ. tenean. quia sicut iudex populi, sic & ministri eius ecclef. 10. Tertio an iudex sit in notorio peccato sic iudicando. Quarto an causa sit valdè ardua, & scandali inductiua quia sic potest adiri Papa c. pro humani de homicid. in 6. Præposit. in c. per venerabilem. §. quod autem nu. 39. qui fil. sint legit. Quinto vbi articulus esset dubius inter legistas, tunc potest recurri ad decisionem Papæ, vt per Abb. in d. c. si duobus per tex. in d. c. per venerabilem. Sexto si non reperiretur superior pronunciantis de iure, vel de facto, tunc potest adiri etiam ratione iustitiæ, & peccati Innoc. in d. c. licet ex suscepto, & probatur in c. fin. secundùm vnum intellectum de iudic. et c. nouit eod. tit. Septimo si esset consuetudo
23 † vt causæ seculares deuoluerentur per viam appellationis de seculari foro ad ecclesiam quia valet consuetudo ad tex. in c. Romana §. 1. de appel. in 6. Præposit. in d. c. si duobus nu. 9. quia consuetudo dat iurisdictionem c. cum contingat de foro compe. Octauo vacante regno, vel imperio potest absolutè c. inter vniuersas de elect. in fin. et c. licet de for. compet. Ideo ad euitandam executionis iustitiæ retardationem Papa non in omnibus casibus admittit appellationem. Et licet se cundùm leges ciuiles fortasse aliter aliquibus videretur dicendum, tamen post tempora suscepti baptismi per
24 Imperatorem † etiam de iure ciuili prædicta procedunt Præposit. in c. causam quæ el 2. nu. 16. in fin. qui fil. sint legit. Constantinus enim in die sui baptismatis cum toto senatu, & Romano Populo decreuit omnem potestatem ad Romanum Pontificem pertinere in Vrbe c. fundamenta de elect. in 6. & in omnibus prouinciis occidentalibus, & in Italia 96. dist. c. Constantinus. Vnde attenta donatione prædicta Papa in dictis locis habet iurisdictionem etiam in temporalibus in actu, & exercitio, licet contrarium obseruetur de facto. Et possunt assi-
25 gnari rationes, quia cùm ecclesia † cõsistat ex duobus parietibus scilicet laicorum, & clericorum, & Papa vniuersalem ecclesiam representet, & sit super omnes ecclesias, vt per Innoc. in c. cum pridem de pact. Bald. in prælud. feud. col. 4. Card. in clem. 1. de summ. Trinit. & dicitur Papa ecclesia animata Bald. in auth. nisi rogati in fi. C. ad Trebell. ideo in actu tenetur omnibus iustitiam facere. Gozad. in consil. 101. nu. 19. Et ideo potestatem in actu dicitur habere. Præterea Papa est
26 † omnium ordinarius c. per venerabilem, et c. cuncta per mundum 9. q. 2. Item Papa est pater patrum, ideo cum omni prælato in potestate, & iurisdictione concurrit, notat Io. Monach. in c. si eo tempore de elect. in 6. Bald. in c. 1. in princi. 1. not. qui feud. dar. poss. & in c. 1. col. 1. quis dicatur dux, vel Marchio, & in procem. decret. col. 1. & in c. 1. col. 4. de offic. ordinar. & in consi. 175. vol. 2. quod incipit Papa sine ecclesia Romana. Paul. de Castr. cõsil. 272. In præsenti facto. col. 4. & idẽ

Bald. in c. dilecti col. pen. de appell. facit differentiam in hoc inter Imperatorem, & Papam, hic enim cum
27 quolibet † in eadem iurisdictione immediatè concurrit in maiori autem & propria scilicet Papali per se stat, & non minuitur per concursum alterius iurisdictionis, vt l. falsa §. 1. de condit. & demonstr. & cap. 1. de concess. præbend. in 6. Ideo ipse non habet iurisdictionem per viam accumulationis, quia sic esset collega, vel haberet parem, nec per viam gradualitatis, quia sic haberet priorem præsidentem, & potiorem se, sed per viam quia Papa est totum continens om-
28 nia: Imperator † verò non procedit de plenitudine potestatis administrado iustitiam, quia non vult propter commodum subditorum, vt §. super hoc in auth. de quæstore. Quamob-
29 rem cùm Papa teneatur † omnibus ius dicere, quia habet idem tribunal cum Deo saltem quò ad nostram administrationem, nisi diceret, non iure faceret, quod maxime alienum à principe esse debet arg. l. ex facto in princip. ff. de vulg. & pupill. & l. 1. §. permittitur ff. de aq. quot. & æst. & l. meminerint C. vnde vi. Recte igitur debent omnes causæ in casibus nu per expressis per appellationem ab ipso, vel eius officialibus diffiniri. Et licet in toto mundo vbilibet per diuersa officialium genera, quæ ad maiorem huius militantis ecclesiæ ornatum, & amplitudinem constituit, ius dicat, cùm tamen Roma cuiq. pro-
30 prius sit forus l. Roma † ff. ad municip. c. vltim. de foro compet. & maiores, & arduæ causæ, vel in quibus animæ periculum versatur, quæ iure
31 optimo Pontificibus † veluti Petri successoribus, & eorum iurisdictioni, atque iudicio specialiter reseruata sunt, iccirco sunt in Romana Curia per tractandæ, c. maiores de baptis. c. debitus in fin. de appell. c. quamuis de elect. c. quod translationem de appell. vbi glos. in ver. reseruata huic sedi Rota decis. 38. de appell. in nou. quas diuersis iudicibus ibidem existentibus committi, & terminari contingit, Ideo uidendum est an omnes ijdem iudices delegati, an etiam aliqui ordinarij existant.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio ordinaria cohæret territorio & præfigitur loco & num.* 87.
2 *Iurisdictio quando censentur data delegata, & quando ordinaria, & nu.* 88.
3 *Iurisdictio ordinaria propter præsentiam Papæ dicitur impedita & nu.* 89.
4 *Ordinarij iudices qui sint in Romana Curia.*
5 *Auditor Cameræ vtrum sit iudex delegatus, & num.* 10. *& num.* 14. *& num.* 16.
6 *Auditor C. an possit citare extra Curiam, & num.* 19.
7 *Auditor C. an sit Auditor Camerrarij & num.* 11.
8 *Iurisdictio ordinaria à quibus detur*
9 *Vniuersitas, & episcopus dant iurisdictionem ordinariam.*
12 *Auditor C. quas appellationes potest recipere*
13 *Appellationes qualiter admittuntur ab Auditore C.*
15 *Auditor C. est generalis executor omnium censurarum Apostol. & obligationum informa C. etiā extra curiam.*
17 *Auditor C. quis sit, & eius locatenentes.*
18 *Auditor C. & eius locum tenens quomodo cōcurrit cum Auditoribus Rotæ.*
20 *Gubernator vrbis est iudex ordinarius, & cui*

& cui antiquo successerit.
21 Gubernator Vrbis est superintendens omnium officialium.
22 Gubernator Vrbis cognoscit criminaliter secundum formam statutorum vrbis.
23 Quas causas ciuiles summarie decidit.
24 Quò se extendat eius iurisdictio
25 Auditores Sacri Palatij habent potestatem ordinariam in cognoscendo, sed delegatam in diffiniendo & num. 61.
26 Habitus deducitur ad actum per exercitium
27 Auditorum Rotæ alter alteri defert, causas
28 Iurisdictio ordinaria, & delegata an sint contraria, & num. 44.
29 Iudicum ordinariorum vno absente, reliqui possunt procedere, secus in delegatis
30 Iurisdictio quomodo acquiritur
31 Delegatus non habet iurisdictionem ante rescripti præsentationem, & 52
32 Delegatus dicitur iudex extraordinarius.
33 Iurisdictio delegata est odiosa
34 Delegatus non omnia subdelegat quæ ordinarius, & 55.
35 Delegatus ad audiendum censetur delegatus ad sententiam ferendam.
36 Iurisdictio ordinarij est maior & fortior Iurisdictione delegati
37 Delegatus in causa ordinaria sibi quando etiam sit iudex ordinarius & 45.
38 Iurisdictio ordinaria, & delegata possunt simul concurrere.
39 Ordinarius Iudex quando dicitur delegatus.
40 Delegatus quando possit procedere & iam ordinariè.
41 Delegatus principis est maior ordinario.
42 Delegatus potest mulctare turbantes ipsum in sua iurisdictione.
43 Delegato mortuo ordinarius non se intromittit
46 Iurisdictio est indiuisibilis
47 Ordinarij quando non habent iurisdictionem insolidum.
48 Iurisdictio non intelligitur, diuisa, feudo diuiso.
49 Iurisdictionem diuidentium si alter delinquat non punitur ab altero.
50 Delegatis quando competat iurisdictio insolidum
51 Auditor cùm sedet in Rota gerit actum iurisdictionis.
53 Delegatus in quem est factum compromissum potest vt ordinarius etiam procedere.
54 Commissio principis vel excitat, vel alterat adinariam.
56 Delegatus quibus casibus subdeleget de iure ciuili.
57 Ordinarius quibus possit subdelegare, & eos cogere ad acceptandum
58 Delegatus Papæ etiam minimus subdelegare potest cuicumq. maximo etiam inuito.
59 Subdelegatus siue ordinarij siue delegati non potest subdelegare.
60 Delegatus, & ordinarius in quibus conueniant, & differant
62 Auditorum quotuplex sit genus
63 Diffinire an possit habens cognitionem
64 Auditores possunt per cursores citare etiam extra curiam per literas eorum sigillo signatas.
65 Clerici cameræ Apostolicæ habent iurisdictionem ordinariam etiam sede vacante
66 Nullam iurisdictionem habent vt singuli
67 De quibus possunt cognoscere
68 Vocantur procuratores Patrimonij Beati Petri.
69 Mandatum cum libera sufficit tanquam speciale
70 Clerici Cameræ Apostolicæ quas causas appella

Iudices in Romana Curia an omnes sint delegati. Cap. II.

SAepius dubitatur in Curia an omnes iudices sint delegati, vt asseritur per Archidiac. in c. experientiæ 11. q. 1. an sint aliqui ordinarij. Ideo postquã visum est quòd iurisdictionis Pontificalis in maioribus ipsi plus alijs in toto mundo sunt participes, nunc de tribunalibus propositis, & iudicibus Curiæ istam quęstionem discutiamus. Et generaliter quòd omnes sint delegati, nullusq; ordinarius existat, adducuntur ista argumento.

1 Primo, iurisdictio † ordinaria videtur cohærere territorio ad l. fin. C. de iurisd. om. iud. & l. fin. C. vbi, & apud quos, quia ipsa præfigitur loco Immol. in c. quoniam Abbas de offic. deleg. sed iudices Curiæ non habent territorium, quia habent iurisdictionem cognoscendi de causis in ipso loco, ergo non sunt ordinarij. Secundo quotiescumq. princeps com
2 mittit † alicui vt exerceat iurisdictionem auctoritate sua, tunc censetur dare delegatam, & non ordinariam vt in l. 1. §. cum enim C. de vet. iur. enud. c. cum aliquibus de rescript. in 6. Bart. in l. more maiorum num. 8. de iurisd. om. iud. & l. 1. ff. de opt. leg. & l. ambitiosa ff. de decr. ab ord. fac. & l. 1. §. fin. ff. de off. eius cui mand. Sed omnes iudices in curia exercent iurisdictionem auctoritate Apostolica, ergo omnes sunt delegati, & nullus ordinarius. Tertio, quæ
3 cumq. iurisdictio † ordinaria propter præsentiam Papæ dicitur esse impedita, vt d. Archid. in d. c. experientiæ, & ideo omnes in Curia iudicant aut ex generali de legatione Papæ, aut ex speciali commissione. Vnde Bonifacius VIII. interlocutus est, neminem in Rom. Cur. habere ordinariam iurisdictionem, nisi Papa, vt refert d. Archid. & Sarnens. super reg. in compend. signat. ver. Prima quia propter

pter præsentiam in fin.

Veritas tamen est in contrarium, 4 quia sunt etiam multi ordinarij † & omisso Cardinali Vicecancellario, qui primus Curiæ officialis æstimatur, cùm iustitiæ sceptrum habeat, vicemq. Cancellarij Dei, qui Pontifex est, gerit, vt per Host. in c. quanto de translat. episcop. Benedict. in c. Raynutius num. 205. de testam. Cassan. in tract. glor. mund. part. 7. consid. 7. & iudex est ordinarius, vt per Spec. de offic. ordinar. num. 2. Et ita etiam Cardinalis Camerarius secundus in ordine, vt per Imnol. in clem. ne Romani num. 35. de elect. Sub cuius vmbra Cameræ Apostolicæ Clerici, de quibus specialiter dicam, existunt, quorumq. votis, & Decretis idem Camerarius, qui patrimonio, fiscoq. ecclesiæ præest c. ad audientiam de præscript. & d. clem. ne Romani rescribit. De Auditore Cameræ, Vrbis Gubernatore, sacri Palatij Auditoribus, atque Cameræ Apostolicæ Clericis. Item de Senatore, eiusq. Capitolino foro, atque vrbis Vicario, quantùm ad propositum tractatum attinet, disseramus.

5 Et quod Auditor † Cameræ sit delegatus probatur per not. per Io. And. in c. P. & G. de off. deleg. & per Aegid. conclus. 196. vbi excōmunicatus ab Auditore Sacri Palatij non potest absolui ab Auditore C. & ideo dicebat Aegid. concl. 210. quod ipse est Auditor Camerarij, & non generalis auditor Papæ, quia de causis beneficialibus fuit prohibitus per Papam cognoscere. Secundo quia, vt per eundem Aegid. conclus. 507. non po- 6 test citare † extra curiam, nisi habeat à Papa speciale mandatum, & vt dicit ipse, in hoc turbat iurisdictionem omnium ordinariorum. Tertio quia à quocunq. iudice appelletur ad Papam, vel eius officiales, Auditor C. non potest se intromittere, quia est au- 7 ditor † Camerarij, & sicut Camerarius nō potest se intromittere sine speciali mandato, ita nec eius Auditor Cameræ, Rota decis. 42. de appell. in nou. aliàs processus ipsius est irritus, & nullus, tanquam à non suo iudice factus c. at si clerici de iud. l. signis ex aliena ff. eod. tit.

In contrarium tamen est veritas, 8 quia iurisdictio ordinaria † vel datur ab vniuersitate 93. dist. legimus in fin. glos. in auth. de defensor. ciuit. §. interim. coll. 3. & confirmari postea debet de iure, secus de consuetudine, vt notat. glos. in d. §. interim, & §. & si eod. tit. Et cum tres sint vniuersitates scilicet ecclesiastica, secularis, & mixta, quæ istarum possit ordinariam iurisdictionem tribuere, vide Præposit. in d. c. experientiæ. 11. q. 1. Vel datur à consuetudine 9. q. 3. con. questus & l. 1. & l. fin. C. de emancip lib. glos. in ver. presbyterorum in d. c. experientiæ, sicut Dominus dicitur habere ordinariam iurisdictionē in vassallos de consuetudine ad Innoc. in c. cum ab ecclesiarum de offic. ordinar. quod est eo ipso quod aliquis ordinarius ab ipsis vocatur, vel aliàs tribuit iurisdictionem l. 2. C. de offic. rect. procins. l. eos C. de modo mulct. nisi appareat, quòd velit tribuere delegatam, prout est in casu c. ad abolendam circa princip. de hæret. & c. suspitionis de offic. deleg. & c. ab arbitris eod. tit. in 6. Vel datur à Principe Papa, vel Imperatore, prout notatur in l. more, & in l. & quia ff. de iurisd. om. iud. Inferior autem ab ipsis non dat, vt not. in cap. 2. ne prelati

lati vices suas, nisi sit vniuersitas,
9 † vel Episcopus, qui dant ipsam in duobus casibus, vel quando Episcopus constituit Vicarium generalem cap. 2. de offic. vic. in 6. & in clem. 2. de rescript. vel quando vniuersitas confirmat electum prælatum c. transmissa de elect. & voluit Immol. post Io. Andr. in c. cum ab ecclesiarum de offic. ordinar. Auditor Cameræ igitur, cuius officium est alijs antiquius in Curia, vt dicit bo. me. Paulus Papa IIII. in erectione officij S. R. E. regentis in bulla 47. ex speciali facultate sibi data antiquissi-
10 mè, & nouissimò est iudex † ordinarius, & generalis Romani Pontifi-
11 cis Auditor † omnium censurarum Apostolicarum solus, aut cumulatiuè cum alijs generalis executor, & à Papa substitutus omnium qui ex vniuerso ecclesiæ statu temporali, aut quibusdam minimis Vrbis iudicibus grauati ad Pontificem appellant, quas omnes causas sine alio rescripto audire, & pro iustitia diffinire solet, prout liquet ex facultatibus à bo. me. Leone X. concessis sub anno 1519. sexto idus Martij. Potest etiam quas-
12 cumq. appellationes † demptis illis, quę possessorium concernunt, de quibuscunq. partibus recipere, & admittere, & appellationum sic receptarum, & sic admissarum causas audire, & ad totalem expeditionem procedere, vt ex ordinationibus bon. me. Pauli IIII. apparet in ordine bullarum eius num. 61. Appellationesq.
13 † huiusmodi admittet, quatenus à diffinitiua sententia, vel tàm diffinitiuæ habente, appellatum sit, vt sub ordinatione officij A. C. decretum est à bon. mem. Pio V. 1562. quarto nonas Iunij. Item est iudex ordina-
14 rius Marescalli † siue Curiæ Sabellorum, vt constat per capitula iurisdictionum Vrbis à bon. me. Sixto IIII. decreta. Est etiam generalis execu-
15 tor † omnium obligationum in forma Cameræ tam in Curia, quàm extra ipsam, solus autem in Curia electa via censurarum, cumulatiuè cum Senatore electa via ordinaria, vt infra vbi de præuentionibus pertractabimus latius dicemus. Poterit igitur se ingerere in obligationibus extra Curiam factis, & in quibus solutio fuerit alibi destinata, dummodo sit adiecta clausula formæ Cameræ, & contra absentes etiam, vbi de pensionibus super fructibus ecclesiasticis, vel de ipsis fructibus inter quoscumq. ageretur, etiam contra quoscumq. Prælatos, & Episcopos, & quacunq. dignitate maiores, etiam Cardinales, Reges, & Imperatorem, & alios Principes, vt ex facultatibus per bon. mem. Pium IIII. concessis apparet sub data kal. Maij. 1561.
16 Tandem est iudex ordinarius † ecclesiasticus, sed citra pœnam sanguinis omnium, & singulorum criminũ, excessuum, & delictorum tam in Vrbe, & Curia præfatis, quàm extra per quoscumq. tam eiusdem sedis officiales, quàm dictam Curiam sequentes, & alios, etiam à iurisdictione ordinariorum exemptos, & prædictæ sedi immediatè subiectæ cuiuscumque ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, etiam Episcopalis, vel maioris & per quoscumq. alios, cuiusuis ordinis, vel conditionis fuerint perpetratis, vel perpetrandis, tam ad procuratoris Fiscalis denuntiationem, & promotionem, quàm etiam partium accusationem, vel instigationem, seu ex mero officio inquirere, & super illis

illis quacumq. via procedere, & culpabiles repertos, iuxtà suorum excessuum exigentiam & qualitatem punire potest, de quibus constat in dictis facultatibus per Pium IIII. Nec
17 † immeritò, hodie tot amplissimis gaudet priuilegijs. Horatius Burghesius Romanus ita ex antiqua Senarum gēte, sicut ex dignitate per Illustris. ac Reuerendissimus, qui literarum scientia, eximiaq. doctrina, & in rebus agendis dexteritate, dignitatem ab origine parui venalem, nunc verò à S. D. N. Sixto V. deductis desfructibus officij senis millibus aureis annuis, qui supersunt, duobus & sexaginta millibus aureis sua experientia actus est. Viros habet apud se doctissimos Locatenentes Alterum Alexandrum Iustum Florentinum. V. S. Referendarium in ciuilibus. Alterum D. Troianum Gallū in criminalibus, multis alijs iudicibus, quibus, innumerabiles quasi ipsius ditioni subiectas causas committit, prætermissis. Ideo non obstant quæ in contrariū adducebantur propter decisiones Aegidij, & alias Rotæ, & primo dum dicebatur quòd excommunicatus ab aliquo Auditorum Sacri Palatij non potest absolui ab Auditore Cameræ, hoc enim non poterat indistinctè ante eius priuilegia, hodie autem Au-
18 ditor † Cameræ, siue eius Locumtenens, & nullus alius concurrunt cum dictis Auditoribus Rotæ, possuntq. declarationem incursus censurarum in monitorijs, & literis executorialibus facere, & singuli à se declaratos absoluere, vt ex supradictis facultatibus per Pium IIII. Potest itaque
19 decernere monitorium † extra Curiam etiam in non officiales, nec ratione debiti, vel criminis in Curia contracti, vt ex facultatibus per Leon. X. supradictis, dummodo reseruet facultatem Ordinario loci absoluendi incurrentes censuras in eis contentas, vt in reseruatione officij Auditoris C. per Sixtum IIII. sub anno 1562. quarto nonas Iunij Apparet. Quod licet ab aliquibus intelligatur vbi reus diu in solutione cessaret, & ratione criminis in quo perseuerarer, Auditor C. ad remouendum eum à peccato id faciat, quasi via denunciationis per censuras ecclesiasticas, monitoria relinquat, & compellat, in hoc certè eius iurisdictio limitaretur, potius verbis, quàm facto, cùm aliud videam obseruari, & ex d. literis Leonis accipitur. Cætera contraria facultates prædictæ à summis Pontificibus concessæ cessare faciunt.
20 Item Gubernator Vrbis † est iudex ordinarius, nam cùm ipse successerit præfecto Vrbis, sicut hic ordinariam, & amplissimā iurisdictionē habebat, Ideo enim præfectus Vrbis dicebatur, quia ei ab Imperatore concessa erat Vrbis administratio, & cæteris magistratibus ex quacumq. causa proficiscentibus, & recedentibus in Vrbe relictis ius dicebat, omnibusq; dignitatibus in Vrbe antecedebat, & extra ipsum per centesimum miliare, vt toto tit. ff. de offic. præfect. Vrb. vbi Doctores omnes, Ita has easdem potestates Gubernator Vrbis obtinuit, & præfecto prædicto successisse non
21 ambigitur. Hic † igitur omnibus ius dicentibus, & officialibus Vrbis ceu super intendens est, vt quilibet in suis officijs suos terminos obseruent, & contrafacientem puniat, aut Pontifici referat, & paci totius Rom. Curiæ incumbit, ac alijs officialibus manum, & auxilium præstat, vt ex literis Iu-

lij. ij. super hoc confectis. bulla 9. & ex d. capitulis Sixti IIII. de distinctione iurisdictionum Vrbis constat.

22 Cognoscit † etiam causas querelarum contra Barones, etiam capitales, & mortis naturalis iuxtà formam statutorum Vrbis, in quibus suos maleficiorum iudices constituit: Et sicut præfectus Vrbis etiam in ciuilibus habebat cognitionem, quia dabat tutores, vt instit. de attil. tut. & l. 1. §. quoties, & §. Cura Carnis ff. de offic.

23 præfect. Vrb. Ita Gubernator † in ciuilibus cognitionem etiam habuit, quia causas omnes mercedum sine tribunali, & sine scriptura summariè, & per proprium in ciuilibus Vicarium, manuq; regia audire & decidere debet iuxtà formam statutorum Vrbis, vel iuris communis vbi statuta desint. Hic propriè brachij secularis dicitur executor, ad quod, vbi deficit potestas ecclesiastica semper recurritur. 11. q. 1. petimus. 23. q. 5. c. de liguribus. 17. dist. c. cum non licuit. Archid. 22. q. 5. in c. administratores & in c. prodest, & c. vt officium. §. deniq; de hæret. in 6. potestas enim ecclesiastica non permittit vindictam sanguinis, ideo in multis casibus seculare brachium imploratur, quos recenset glos. in d. c. cum non licuit. Et licet præfectus Vrbis infra centesimũ,

24 hic † verò infra quadragesimum tantum lapidem ordinariam potestatem exerceat, causam puto diuersitatis, quòd Principes Romani valdè amplum habebant imperium, vt dicit Bolog. in rubr. ff. de offic. eius num. 17. Est etiã restricta Gubernatoris administratio, vt facilius per plures officiales ciuitates, & municipia, quæ circa centesimum miliare Vrbis plus aucta sunt, gubernari possint.

Auditores Rotæ an habeant ordinariam, vel delegatam potestatem.

Videndum est modò quam iurisdictionem habeant Auditores Sacri Palatij. Prima opinio, & fortasse verior est, ipsos esse quasi ordinarios iudices, quia potestatem habent ordi-

25 nariam † in cognoscendo, delegatam verò in diffiniendo, et ex Generali cõmissione audiunt vice Summi Pontificis quascunq. causas, licet non possint aliquid sine eius spetiali mandato definire. Spec. de iudic. deleg. §. iam nunc dicendum num. 9. & de Auditore §. vno num. 3. & de offic. ordin. §. 1. num. 3. glos. in clem. Auditor de rescript. Rota de offic. de leg. decis. 13. num. 1. in nou. & de re iudic. decis. 16. in fin. in nou. glos. 3. in c. solet de sent. excomm. in 6. vbi Dominic. in princip. pen. col. & Io. Andr. Fel. in rubr. de rescript. nu. 3. ver. intelligens. Rot. decis. 61. nu. 2. de appell. in nou. Put. decis. 184. num. 3. lib. 2. Cassad. de rescript. decis. 5. num. 3. Et ita determinauit constitutio Innocentiana. Præposit. in c. nobilissimus 97. dist. Et est ratio quia

26 habitus † deducitur ad actum per exercitium, sed Auditores dicuntur habere iurisdictionem in habitu d. decis. 13. de offic. deleg. & 61. de appell. in nou. quia eo ipso quod assumuntur in Auditores, assumuntur vt cognoscant de causis, ideo in eorum origine datur sibi dicta habitualis potentia cognoscendi. Hic autem habitus deducitur ad actum, & exercitiũ per huiusmodi commissiones, quæ inter ipsos sunt potius distributiones,

27 quod patet, quia alter † alteri causam deferre potest. d. decis. 13. num. 2. quia

2. quia sunt omnibus communes, ad Innoc. in c. prudentiam de offic. de leg. & de restit. spoliat. c. ex cum quæstione, licet Papa huiusmodi habitum deducat ad actum committendo, etiam non proprio d. decis. 61. quò factum est, vt more introductum sit, vt in omnibus ferè causis decidendi facultas eis delegetur.

In contrarium opponitur multipliciter. Primo duo contraria non possunt concurrere in eodem l. 1. vbi Bart. Bald. & cæteri C. de furt. Spec. de except. §. viso quando num. 43. Fely. in c. cum ex officij num. 21. de
28 præscript. Sed iurisdictio† ordinaria, & delegata sunt contraria ergo Domini Auditores simul vtramque habere non possunt, minor probatur, quia multa permittuntur ordinarijs, quæ non delegatis: Nam iudicum
29 ordinariorum † vno absente reliqui possunt procedere, quia habent iurisdictionem insolidum 24.q.1. loquitur, & c. 1. de iurepatro. l. libertus in fin. ff. de bon. libert. l. viæ ff. de seruit. l. si sepulcrum C. de relig. l. vel quod ff. eod. l. fin. §. si vsus fructus ff. ad l. falcid. l. fin. §. sancimus C. de auctor. præst. l. 1. §. si plures ff. de exercit. Sed in delegatis secus est, quia vno absente, reliqui non possunt aliquid agere, nec tenet quod ab eis fieret, de offic. deleg. c. causam matrimonij, & c. vno delegatorum, & c. cum causa, & l. duo ex tribus ff. de re iudic. quia omnes delegati censentur loco vnius, & ideo singuli iurisdictionem exercere non possunt.
30 Secundo quia iurisdictio† acquiritur per exercitium Flor. in l. arboribus §. vsusfructuarius, & §. idem tractat. ff. de vsufruct. Innoc. in c. literas de restit. spoliat. glos. Angel. & Immol. in l. seruitutes ff. de seruit. urb. præd. Bald. in tit. de pac. constan. §. amplius in princip. Gemin. in c. si Papa de priuileg. in 6. Immol. in c. cum causam de probat. Sed cùm primùm assumuntur in Auditores nullum iurisdictionis exercitium operati sunt, & ideo nullam iurisdictioné habere possunt, nec etiam in habitu. Tertio delega-
31 tus † non habet iurisdictionem nisi facta præsentatione rescripti glos. & Dec. in c. cum in iureperitus de offic. deleg. & melius in c. vt debitus honor de appellat. vt etiam si sit sibi præfixum tempus ad iudicandum, tale tempus regulariter sibi non currit ante præsentationem rescripti, vt est tex. & ibi Panor. in c. de causis col. 2. de offic. deleg. Præposit. in c. super eo el 2. col. fin. de appell. Rota decis. 6. de offic. deleg. in nou. Quarto ordinarium, & extraordinariam non
32 concurrunt, sed iudex delegatus † dicitur extraordinarius, & extraordinario modo introductus c. de cætero in ver. extraordinarium iudicem, & ibi Abb. de transact. glos. in c. quoniam contra de probat. ergo non possunt istæ duæ potestates in eodem concurrere, quia iudex extraordinarius non est iudex secundum iurisdictiones in c. intellecto de Iureiurãdo vbi Abb. Ias. in l. ait prætor num. 3. ff. de re iudic. Quinto si ordinarium, & delegatum concurrerent in Auditore, sequeretur quòd essent eiusdem, vel paris potestatis, quòd est falsum quia glos. & Doct. in c. 1. de offic. deleg.
33 in 6. dicunt iurisdictiones† delegatas esse odiosas, & restringendas, quia derogant ordinariæ, vt per glos. in clem. vnic. de offic. deleg. & d. c. 1. in 6. & per Doct. in c. sedes eod. tit. in antiq. Corn. consil. 157. col. 1.

litera A. vol. 5. & ideo delegatio est præiudicatiua iurisdictioni ordinario rum Corn. loco citato. Sexto quia de-
34 legatus,† nō omnia potest subdelegare, quæ potest ordinarius, quia non subdelegabit receptionem testium in causa criminali auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum. nec causam meri imperij Alex. in rubr. de offi. eius col. 5. & melius in l. 1. in 2. col. & col. 26. & col. 39. eod. tit. cum aliis quos cumulat Afflict. super constit. sub titulo vt iustitiarius alium loco sui post num. 2. Et ideo cùm concurrere non possint, non est dicendum esse veram opinionem supradictam. Septimo
35 quia sicut delegatus † ad audiendum vel cognoscendum in vna causa censetur etiam delegatus ad sententiam ferendam, arg. l. de quare & ibi Doct. ff. de iudic. & in l. si non cognitio. C. si cō tra ius vel vtilit. public. Bart. & Doct. in l. à diuo Pio in princip. ff. de re iud. & l. qui procuratorem. ff. de procurat. & not. in c. ad hoc, & ibi Innoc. de offic. ordinar. ita, imò fortiori ratione est dicendum idem in ordinario, & ideo si Auditor est ordinarius in audiendo vel cognoscendo, est etiam ordinarius in sententiam ferendo, probatur quia
36 iurisdictio ordinarij † maior est & fortior quàm iurisdictio delegati Archid. in c. si Episcopus 7. q. 6. & probatur multis fundamentis per Alex. in rubr. ff. de offic. eius vbi etiam Ias. numero 1.

Defendendo primam opinionem tanquam veriorem, & magis commu-
37 nem distingue quòd delegatus † in causa sibi ordinaria aliquando est delegatus, & aliquando ordinarius, & ad distinctionis intelligentiam operæpretium est verba commissionis attendere, nam si in delegatione verba præceptiua sūt posita, delegatus est semper, iuxtà glos. in c. cum aliquibus de rescript. in 6. aut si in commissione dicatur auctoritate nostra procedas, ad Bart. & Alex. in l. more maiorum col. 5. de iurisd. om. iud. secus si accessoriè proferantur dicta verba in confirmatione cum clausula quòd committens ratum habebit quicquid eius auctoritate factum fuerit, quia tunc erit ordinarius, ad Card. & Immol. in c. quoniā Abb. de off. deleg. vel aliquid addatur, vel detrahatur, quod aliàs posset tanquam ordinarius: aliàs dicitur ordinarius, & commissio tunc dicetur suscitatio iurisdictionis secundùm Alex. post Angel. in l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verb. oblig. & Abb. in c. licet in corrigendis de offi. ord. & tunc fungitur vice delegantis in causa delegata, etiam in qua sit ordinarius l. & si prætor, & ibi Bar. ff. de offic. eius cui sine l. 2. §. & si prætor. Ex quo patet
38 quòd iurisdictio † ordinarij, & delegati possunt simul concurrere in eodem. Idem probatur, quia si or-
39 dinario † committitur causa summariè cognoscenda, dicitur delegatus, etiam si causa aliàs erat sua Bald. in Spec. de leg. col. vlt. & Alex. in d. l. more maiorum col. 5. & Angel. in d. §. si quis simpliciter, & ibi per Modern. & Alex. ibid. & per Fely. in rubr. ff de offic. deleg. Præterea quod potestas ordinaria, & delegata possint simul in eadem persona & causa concurrere & exerceri dicit Innoc. in c. ex officij de præscript. quem sequuntur omnes excepto Butr. vt dicit Fely. in d. c. cum ex officij num. 20. Bald. in l. 1. ad fin. C. de furt. Angel. in l. si vacātia post medium. C. de bon. vacant. lib. 10. Ludouic. in rubr. ff. de arbitr. pag. 10. ver. quid si vno tempore. Boer. decis. 151.

tis. 151. num. 8. Immol. in c. nisi essent col. 1. de præbend. & ibi est optimus textus, per quem notat Bal. in c. si inter partes de lege Corrad. quod delega-
40 tus † in quem est factum compromissum potest procedere ex vtraque potestate: Et licet contra prædicta possent opponi quatuor Butrij rationes in d. c. cũ ex officij, eas tamẽ refert, & soluit Fel. ibidem, quò me remitto. Insuper iurisdictio minor potest comprehẽdi sub maiore, sed maior & dignior est iurisdictio delegata, quàm ordinaria, ergo rectè ordinaria potest comprehendi sub delegata, & in eadem persona, & causa simul concurrere, minor probatur in c. studuisti de offic.
41 dele. quia delegatus Principis † ideo creditur dignior, & maior ordinario, quia ordinarij iurisdictionem impedire potest §. iudicare in auth. de defensor. ciuit. Riminald. in rubr. de offic. eius num. 3. Ex quo sequitur quòd cõ-
42 tra turbantes † ipsum in sua iurisdictione, & exercitio habet iurisdictionem, & potest eos mulctare, & sic iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio Anchar. consil. 132. num. 3. & quòd à grauaminibus per eos illatis non potest appellari, vel querela proponi coram ordinariis, nec legatis, etiã de latere, quia appellatio est de minori ad maiorem prouocatio. c. 2. de consuetud. in 6. vel minor iudex potest facta maioris corrigere, vel de ipsis se intromittere quoquo modo c. cum inferior de maior. & obed. & c. inferior. 21. dist. vel cognoscere de eorum efficacia, quæ gessissent expressè legitur, & notatur in c. fin. de rescript. in 6. facit c. cum venissent de iudic. & c. 2. de confirm. vtil. vel inutil. Nec etiam mor-
43 tuo delegato † ordinarius potest se intromittere, quia & si delegatio sit consumpta, solus Papa se intromittit, cùm duret adhuc appositio manus suæ Bald. in l. si vt proponis la 1. C. quomodo & quando iud. qui allegat Archid. in c. his ita 35. q. 9. Rom. consil. 335. nume. 10.

Quibus præmissis potest responderi ad obiecta. Non obstat igitur quòd
44 ordinaria, & delegata † potestates vt contrariæ non possint in eodem concurrere, quia eius falsitas patet ex primo nostro supposito, vnde Doct. in c. licèt de offic. ordinar. communiter dicunt quòd aliquando iudex potest
45 procedere ex vtraque † iurisdictione vt quando commissio Principis solùm excitat iurisdictionem ordinariam, si verò solùm alterat, tunc ex delegata solùm procedet: In excitatoria itaque nihil alteratur ordinaria, sed quodammodo geminatur, & sunt duæ potestates nomine, sed vna tantùm natura, & effectu: Et dum dicitur quod ordinarij habent iurisdictionem insolidum, secus delegati, vt not. in c. prudentiã, & c. vno delegatorum de offic. deleg. & l. 1. ff. de offic. consul. Bart. in l. potest de re iudic. glos. & Doct. in c. fin. de re iudic. Dico quòd hoc facit potius diuersitatem, quàm contrarietatem, ideo non impedit, quin possint concurrere prædictæ potestates in eodem. Præterea considero quòd iurisdi-
46 ctio † de sui natura est indiuisibilis ad glos. 2. in d. c. prudentiam Card. in clem. fin. in 1. q. de præbend. Bart. in l. inter tutores. nu. 6. ff. de administr. tut. & in consil. 189. nu. 10. l. imperialem. §. præterea de prohibit. feud. alien. exercitium verò, seu iurisdictionis administratio est diuisibilis Bald. in l. sicut plures in princi. C. de cond. infert. Bart. in d. l. inter tutores. Spec. de præscript. §. 1. nu. 22. Dominic. in c. 2. de arbitr.

bitr. in 6. Vt autem cognoscatur an pluribus insolidum administratio cōpetat, attendenda est eorum constitutio, siue commissio, quia licet vnus ex pluribus ordinariis possit procedere, quia habet iurisdictionem insolidum Bald. in d. l. 1. ff. de offic. consul. secus est si quid fuerit eis commissum vt vniuersis Bald. ibidem in q. 4. vt puta si sta
47 tutum diceret quòd cōsules † cognoscerent de furtis mercatorum, quia tunc vnus solus nō potest procedere, vel si statutum, aut consuetudo diceret quòd omnes concorditer iudicēt, quia tunc vnus non potest solus procedere sine alio, aut vbi ordinarij exercent actum, per quem finiretur iurisdictio, pronunciando se incompetentem, tunc enim omnes debent interuenire Abb. in d. c. prudentiam col. 1. & hos tres casus etiam ponit Fely. in d. c. prudētiam nu. 1. secus si iurisdictio, seu ipsius administratio inhęreret personæ, quia tunc & indiuisibilis est, & insolidum ipsis administratio competit. Ex quo inferebat Bartol. in d. l. inter tutores in fin. ver. & prædicta multum quòd si Princeps alicui Comiti feudum concessisset, post cuius mor-
48 tem eius filij diuiserint † ipsum, ꝙ eius iurisdictio non erit diuisa, quia fuit concessum habita ratione personæ Pau. de Cast. consil. 92. in princip. vol. 2. & filij succedunt repræsentantes personam patris, in quo erat vnita iurisdictio: Ex quo sequitur quod si
49 vnus † illorum delinquat in territorio alterius, quòd non potest ab altero puniri, quia cùm iurisdictio sit communis, par in parem non habet imperium, & Bartolum sequuntur Anton. Dominic. Abb. & Io. de Immol. in d. c. prudentiam, & c. vno de legatorum, & Bart. in l. si iam, aliàs Pomponius. ff. de re iudic. Bald. in d. c. vno de legatorū Petr. de Anchar. in c. postulasti de for. compet. Angel. in l. 2. §. ex his. ff. de verbor. oblig. Abb. in c. fin. de re iudic. & Bart. in l. arbor. §. si iudex ff. de com. diuid. Et licet propter d. delictum videatur amisisse merum, & mixtum imperium, tamen non procedit propter omne delictum, sed quando amitteretur, superior posset exercere iurisdictionē in bonis vtriusque, quia illa diuisio habet locum solùm inter eos, & non quò ad alium, vt voluit Bartol. in d. l. inter tutores in fin. quem sequuntur alij supra citati Doctores, Et redeundo ad propositum dico quòd sicut iurisdictio de sui natura est indiuisibilis, & ordinariis competit insolidum, ita etiam delegatis insolidum competere
50 dicitur, vt si delegetur duobus † insolidum competit, licet exercitium vni tantùm competat Immol. in l. non solùm in princip. ff. sol. matr. per d. c. prudentiam: Ex quo infertur quòd si sunt tres delegati, & duo pronuncient, ꝙ eorum sententia tenet, & est executionis mādanda, dummodo fuerint delegati cùm clausula quòd si non omnes etc. & quòd tertium vocauerint saltē in exequendo, licet verisimiliter esset discordaturus in executione, sicut in sententia discordauit, ad glos. in c. fin. in glos. fin. de dol. & contum. in 6. quā valdè notabilem, & singularem appellat Ias. in d. l. Pomponius col. fin. ver. sed aduerte, & eandem glos. facit singul. Anton. de Trem. in addit. ad Vbertum de Bonaccurso tit. quib. mod. citā. impu. con. Non obstat secundum, quia possessio generalis iurisdictionis acquiritur per exercitium, etiam per vnicum actum ad Inno. in c. 2. de Cappel. Monach. Rot. decis. 2. nu. 3. de præscri. in nou. dummodo vtens intendat vti

iure

iure suo quò ad iurisdictionem vniuer
51 salem, sed cùm primum Auditor † approbatus assumitur in Auditoratum, sedet in Auditorum Rota, huiusmodi autem sedere exercitium est iurisdictionis vniuersalis, quo tempore in habitu incipit ipsam habere, & per exercitium commissionum ad iurisdictionis actum deducitur. Nó obstat quòd delegatus ante præsentationem rescripti non habet iurisdictionem in actu, quia vtique habet eam in spe Rota decis. 5. in fin. de offic. deleg. in nou. & in habitu ex primo actu iurisdictionali quem exercuit scilicet ex sessione in Rota. Præterea hoc est verum parte
52 † opponente de rescripto non præsentato, quòd non teneat processus, aliàs sic, ad Bald. in l. ne quicquam §. vbi decretum. ff. de offic. proconsu. & leg. Innoc. in c. venerabilis de censibus & in c. prudentiam de offic. deleg. & in c. ex conquestione eod. Bald. in margarita ver. delegatus ver. 8. & ver. 9. Archid. in c. is qui de procurator. Bald. in l. falsus num. 25. C. de furt. vbi optimè, & assignat rationes. Nec est verum quòd ordinaria, & extraordinaria potestas non possint in eo-
53 dem concurrere, quia delegatus † in quem est factum compromissum, potest ex vtraq. procedere, Immol. in c. nisi essent col. 1. de præbend. & per d. tex. idem asserit Bald. in c. si inter partes de leg. Cor. Ad quintum ex distinctione supradicta quòd duplex est
54 commissio † principis altera excitans ordinariam, altera alterans, & stante prima iudex procedet ex vtraq; ordinaria, stante autem secunda ex delegata tantùm, dico quòd etsi iurisdictio sit restringenda, quomodolibet tunc alteretur ex delegata sola procedet. Nec obstat quod dicitur sexto delegatum non posse causas meri imperij subdelegare, hoc enim est fal-
55 sum, cùm delegatus † Papæ, vel Principis habeat priuilegium vt vices suas alteri subdelegare possit l. à iudice C. de iudic. c. pastoralis, & c. venerabili de offic. deleg. c. si duo eod. tit. in 6. & notat Abb. in c. si pro debilitate eod. tit. & est tex. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. vbi Bald. in 6. not. dicit quòd causas etiam meri imperij potest subdelegare. In quo Articulo communiter omnes considerant duo iura, dicentes quòd ciuili iure huiusmodi causæ delegari non possunt, vt locis in contrarium allegatis, & per Abb. latè in c. quod sedes de offic. ordinar. Contrarium est de iure canonico gl. & omnes Doctor. in d. c. quod sedes Spec. de iurisd. om. iud. §. vers. secundùm canones, quem sequitur Bald. in l. 1. in 2. col. C. vbi de crim. agi oport. & in l. solet in princip. ff. de offic. proconsul. glos. 2. in clem. 2. de offic. de leg. Paul. de Castr. in l. 1. §. 1. de offic. eius cui. Bald. in d. l. à iudice. Innoc. in c. venerabili in glos. 2. de offic. deleg. Dominic. in c. pen. col. 1. per illum tex. de offic. Vicarii in 6. post Io. Andr. & Io. de Fant. ibidem, & Angel. in l. iubere in fin. ff. de iurisdic. om. iud. & in l. imperium in fin. eod. tit. Et licet de iure ciuili in
56 aliquibus casibus † etiam causæ huiusmodi subdelegari possint, quos ponitur Abb. & Fely. in d. c. quod sedes, & ciuilistę in d. l. quæcunque Alex. in d. l. more maiorum, & Angel. in d. l. imperium, dicens Baldum fratrem suum consuluisse quòd omne cognoscibile de iure est delegabile, tamen Felyn. in d. c. quod sedes num. 3. excipit multos casus, qui de iure canonico delegabiles non sunt, Cùm

autem

autem ipse etiam testetur esse Com-
munem opinionem quòd omnes cau-
sæ de iure canonico sunt delegabiles,
Ego qui ita in Curia video obseruari,
ab hac communi opinione nunquam
recederem. Et quòd delegatus pos-
sit subdelegare, hanc puto esse ratio-
nem, quia in causa sibi delegata cen-
setur maior quocumq. ordinario l. fi.
§. pen. ff. de damn. infect. c. sanè el
2. de offic. deleg. c. pastoralis de of-
fic. ordinar. Imò plus dico quòd si or-
57 dinarius † vult delegare debet cau-
sam subdito suo delegare, quem po-
test compellere ad acceptandum d.c.
pastoralis, & ibi Abb. col. pen. & d.
c. quod sedes & d. l. 1. C. qui pro sua
iurisdic. sed non subdito non potest
causam delegare, nisi volenti secun-
dùm Bartol. in d. l. vbi ita limitat d.
legem & Abb. in d. c. pastoralis in 4.
not. & intelligitur textus in l. & si præ-
tor. ff. de off. eius. Sed delegatus à Prin
cipe potest causam subdelegare cui-
cunque, etiam suo superiori, & nō sub
dito, etiam inuito: Vnde si delegatus
58 † Papæ est minimus clericus pōt cau-
sam subdelegare Archiepiscopo, etiā
inuito c. pastoralis in princip. & ibi
Abb. in pen. not. & c. sanè quia de of-
fic. deleg. licet delegatus Papæ debeat
subdelegare illis personis, quibus dele
garet Papa scilicet in dignitate consti
tutis per c. statutum de rescript. in 6.
aliàs subdelegatio non valet, & proces
sus factus est ipso iure nullus, ita tenet
Abb. in d. c. pastoralis, & Alex. consil.
77. col. 2. vol. 2. Et sicut in hac delega-
tione conueniunt ordinarius, & dele-
gatus, quia ambo possunt delegare,
etiam vnum articulum causæ iurisdi-
ctionalem, vt de ordinario est glos. in
c. super quæstionum in ver. quicunq;
de offi. deleg. quia si potest totam cau-
sam, multò magis vnum articulum: Et
de delegato ad vniuersitatem causarū
qui æquiparatur ordinario secundùm
Abb. in d. c. quæstionum col. 4. de offi.
deleg. non tamen potest subdelegare
vniuersam suam delegationem, vt no-
tat Host. in tit. de offic. deleg. §. quis
possit, quem sequitur Alex. in d. l. à iu-
dice, quod etiam est verum in ordina
rio, vt non possit totam suam iurisdi-
ctionem delegare in cōsulto Principe
l. pen. & ibi not. ff. de offi. pręsi. Afflict.
super constit. lib. 1. sub tit. vt Iustitia-
rius alium loco sui nu. 1. Subdelegatus
59 † etiā ab ipsis non potest iterū subde
legare: delegatus enim ordinarij ad
vnam causam non subdelegat c. cum
causam in fin. de appell. c. super quæ-
stionum §. si verò de offic. deleg. l. à iu
dice C. de iudic. nec delegatus à prin-
cipe potest vnum articulum causæ co
gnitionem requirentem subdelegare.
c. cum Bertoldus de re iudic. & alij ci-
tati à Rota decis. 8. de offic. deleg. in
nou. Put. decis. 169 lib. 1. Cappell. To-
los. q. 12. nu. 1. & seq. Cui subdelegato
nec partes poterant iurisdictionem
dare, vt decis. 8. nu. 3. Tantò minus di-
ctarum partium procuratores ad hoc
non habentes speciale mandatum In-
noc. in c. cum olim el 1. nu. 2. in glos.
sua interlocuti de offic. deleg. & in c.
cum causam nu. 4. ver. quidam dicunt
60 de testibus. In aliis multis † conue-
niunt, & differunt, quæ ponit Maran-
ta de ordin. iud. part. 4. dist. 5. per to-
tam dist. & ideo possunt simul concur
rere. Septimum argumentum non ob-
stat, quia procedit in delegato, & ordi
nario habentibus iurisdictionem, mo-
dò Auditores Rotæ non habent iuris-
dictionem in actu ante delegationē,
sed habent ordinariam cognitionem
61 † ideo non sequitur est ordinarius in
cogno-

cognoscendo, ergo in pronunciando, quia in pronunciando ante delegationem carent iurisdictione. Et pro isto Nota quòd Auditorum duplex est ge
62 nus † alterum datū per quemuis iudicem ordinarium, seu delegatum ad testes examinandos, vel ad alia intermedia causæ, & talis non habet iurisdictionem propriè, sed potius vocationem idest cognitionem l.ait prætor ff. de iudic.l.vocationem ff.de verb.sign. & notatur in glos.d. c. super quæstionum §.porrò in fin.de offic. deleg.qui nullo modo potest grauare partes, nec fines mandati excedere, est enim quasi Psitacus, nec ab eo appellari potest, Alterum quod per Papam constituitur in Curia qui aliorum vice causas audit, constituitur quidem ore proprio summi Pontificis in magnis, & arduis causis, vt in electionibus ecclesiarum cathedralium, vel secularium. & similibus, de quo habes textū in c.Raynutius §.cum autem de testam. & non profert sententiam, nisi retulerit Sanctissimo, & secundum mandatum receperit: Alio modo assignantur diuersi Auditores in Palatio per Papam, quibus Referendarius, vel alius, cui Papa concedit, committit causas aliàs ad Curiam deuolutas per ordinem eorū, cuilibet prout sibi videtur, de quibus habes clem. Auditor de rescript. & in Spec.de Auditore, & de offic.ordinar. circa medium, vbi notat quòd talis Auditor potius est ordinarius, quàm delegatus, habens ordinariam cognitionem, & vt dictum, iurisdictionem in habitu. An verò habens cognitio-
63 nem † possit diffinire, vel sententiam proferre, ponit Bart.in l.à diuo Pio num.11.ff.de re iud.aut enim committitur merus articulus, & non est commissa potestas pronunciandi d. c. super quæstionum, aut mixtus, & tunc ponderāda sunt verba commissionis, quia si dicit causam audiendam, vel cognoscendam, & fine debito terminādam, dic quòd sic, & ita seruatur de stylo Curiæ, idem intelligas si per alia æqui pollentia verba, de quibus in c. si delegatus de offi.deleg.in 6. & per Innoc. c.si pro debilitate eod.tit. in antiq.l.1. C.qui pro sua iurisd. Si verò simpliciter dicatur committimus tibi causam, nec aliquid de cognitione, vel executione dicitur, tunc videtur tota causa committi quò ad omnia, sicut cùm aliquis instituitur hæres, nec additur in quota, intelligitur in toto ad Bart.in d.l.à diuo Pio nu. 11. Auditor igitur datus per quemuis iudicem non potest pronūciare, nec minus qui ore proprio Papæ constituuntur ex generali commissione, sed referunt Papæ post conclusionem, & pronunciant ex nouo mandato de concess. præbend. c.cum nostris ver.auditor. qui dicuntur habere ordinariam in cognoscendo, delegatam in pronunciādo, & hoc de eodem stylo Curiæ, qui est attendēdus.c. ex literis de constit. Tertij qui deputantur in Palatio, quibus Referendarius, vel alius vice Papæ causas committit, & isti cùm tales causas su-
64 sceperint, possunt per Cursores † seu nuncios Curiæ iuratos, vel etiam per literas sigillatas suo sigillo partes in Curia existentes citare per se, vel per alios existentes etiam extra Curiam vsque ad duas dietas Spec.de legato. §. 1. & de citat. §. dicto in princip. & absentes in contumacia ponere, & contra eos, prout cognitio causæ requirit procedere, tamen extra Curiā id non faciunt vltra duas dietas, nisi sub bulla in persona Papæ loquendo, si receptionē testium alicui extrà com

mittant.c.1.de offic. deleg. & ex tunc facta missione sub bulla, talis Auditor iudex in illa causa esse desinit, nisi per Referendarium de nouo committatur secundùm stylum Curiæ. Et licet habeant generalem commissionem, qua vice summi Pontificis omnia audiant, non tamen possunt aliqua diffinire absque speciali commissione, vt dictum est supra. Sed quomodo non possint ferre sententiam, nisi prius rimatam cũ aliis Auditoribus, Inferius dicemus.

De Clericorum Cameræ Apostolicæ Iurisdictione.

65 CLerici Cameræ Apostolicæ † maximã habent iurisdictionem ordinariam, etiã Sede vacante clem. 2. vers. eo tamen ,puiso de elect. vbi Card. in 7. q. ne negligãtur redditus tẽporales ad Romanã sedẽ pertinẽtes, sine quibus diu spiritualia esse nõ possunt 1.q.3. si quis obiecerit, & per Dec. cõsil. 404. nu. 4. sed nul-
66 lam iurisdictionem † habent vt singuli, solùm verò collegialiter, & in plena Camera. Et Cameræ appellatione veniunt omnes officiales, qui in Camera obtinent administrationem. Dec. d. consil. 404. & 407. Quare priuatim nihil expediunt, & singulariter, nec aliquas literas, & patentes subscribunt, nisi ex speciali commissione eis facta in plena Camera, in qua omnia distinctè proponi, & in libro Propositionũ adnotari debent. Talem igitur habent
67 iurisdictionem cognoscendi † de patrimonio Beati Petri, & de vniuersorum fisci Apostolici iurium conseruatione, & administratione. Paul. de Castr. consil. 106. circa quæ scripta sunt. vol. 1. Causas omnes inter fiscum, & priuatas personas pertractant, etiam si per appellationem à negotiis fiscalibus dependeant, vel originem trahant, iura, & redditus vtiliter locant, contractusque desuper necessarios ineunt, propter quod ipsi procurato-
68 res † Patrimonij Beati Petri, rerumq; omnium totius status Ecclesiæ Romanæ in literis Pij IIII. 106. nuncupãtur. Et quia habent mandatum generale cum libera, vt notat Bartol. per illum tex. in l. præsens. C. de transact. ideo possunt expedire ea quæ speciale mandatum requirunt, vt notat Bal. in l. 1. vers. secũdo quæritur post Iac. de Aret. & Cyn. quos ibi refert. ff. de procurator. & in l. illud ff. de minor.
69 vbi dicit quòd in requirentibus † speciale mandatum, sufficit generale cũ libera. Alex. d. l. præsens in princ. quos refert Dec. d. consil. 404. nu. 5. & 407. nu. 7. vers. & prædicti officiales. & consil. 690. nu. 5. Mohed. decis. 323. Item
70 causas † appellationum à sententiis diffinitiuis, vel earum vim habentibus intra quadraginta miliaria ab Vrbe in rebus minimis, & profanis summam 25. ducatorum non excedentibus, de quo dispositiuè mentionem facere tenentur, iuxtà formam iuris cõmittere possunt. Item commissiones alienationum de bonis ecclesiasticis in forma quæ dicitur si in euidentem
71 † pro rebus, quorum summa quinque ducatos de Camera non excedat, possunt facere, dummodo hoc expressè dicant, & commissiones prædictæ semper ordinario loci, aut alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ committantur: Nec agatur de alienatione iurisdictionum, vel vassallorum ad Ecclesiam quouis modo pertinen-
72 tium: sede autem vacante † tantùm exactioni pecuniarũ Cameræ Apostolicæ

licæ debitarum, ac illarum reseruationi, necnon prouisionibus ratione sedis vacantis necessarijs faciendis incumbere debent, à solutione verò aut alicuius debiti declaratione, aut nouatione, aut rationum solidatione abstinere omnino debent. Ita ex literis etiam Pij iiij. sub numero bull. 64. apparet. Ratione cuius eminentis auctoritatis nulli nisi vitæ, ac morũ honestate præ-
73 stantes litterarum scientia præditi rerumque humanarum experientia insignes, & qui quadraginta milia aureorum in auro summo Pontifici pro venali dignitate præbuerit, assumi debét, quorum virtute, doctrina, & auctoritate Camera apostolica, & Romanæ Ecclesiæ status vniuersus rectè gubernari, & latissimum ab eis incrementum suscipere possit, quorumque numerus hodie plus solito est auctus & in Camera sedent Duce Henrico Cardinali Gaetano Camerario, Mariano Benedicto Vrbis gubernatore, & Camerarij locumtenente, Guidone Pepulo Thesaurario, Horatio Burghesio Auditore Cameræ. Duodecim clerici s. Iulius Vitellius Decan⁹, Fuluius Corneus N. Cæsius Episcopus Tudertinus, Innocentius Maluasia. Alex. Glorerius, Franciscus Comeldus episcopus Taruisinus, Alex. Centurionus, Annibal Grassius episcopus Fauentinus, Marcus Antonius Serlupius, Marcellus Lantes, Bonuisus Bonuisius, & Ioãnes Baptista Sabellus. Sedent etiã alij qui cum cæteris vltra clericos faciunt votũ vnicum cõsultiuũ, quod prius præstant. Marcus Antonius Olgiatus præsidens Cameræ, Ioffredus Lomellinus commissarius Cameræ, Tiberius Cerasius aduocatus fisci, Horatius Amaducius aduocatus pauperum, & Io. Iacobus Panicus procurator fisci.

74 Senator Vrbis † cum prætori Vrbano successerit, vt communiter omnes fatentur, ordinariam sicut ille in Romanos exercet iurisdictionem, qui origine, manumissione, adoptione, siue allectione, quibus modis ciues fiunt iuxta tex. in l. 1. & ibi glos. ff. ad municip. l. 1. vbi glos. C. de incol. lib. 10. exercet. Item in Incolas qui in Vrbe, & eius districtu inhabitant vt lib. 1. stat. cap. 41.
75 Incolæ † autem dicuntur qui vrbem cum familia, & bonis, seu ipsorum maiori parte perpetuo permansuri inhabitant l. pupillus §. incola ff. de verb. sig. vel per decennium habitauit l. 2. vbi Bald. & Angel. C. de agric. & censit. lib. 10. In prædictis ius dicit, vt ex litteris bo. me. Iulij ij. super distinctione iurisdictionum Vrbis constat, præterquam in campsores, & notabiles mercatores Romanam curiam sequẽtes, Oratores Principum communitatum, & vniuersitatum, siue ciuitatum aliquarum, familiares Cardinaliũ, cõmensales, officiales Romanos, & curiales ipsos s. Romanã curiam sequentes, quibus demptis, omnibus alijs ciuiliter, & criminaliter iustitiam ordinarie administrat. Duos habet colle-
76 gas † quorum alter hodie est Ioseph Ridolphinus Maceratensis quem Primum Collateralem dictum, nunquam vidi optima doctrina otiosum. Alter Laertius Cherubinus Norcinus secundus collateralis maxima in expediendis negotijs intelligẽtia, & propria industria maioribus dignitatibus decorandus: quorum cum Senatore par est auctoritas, & in causis ciuilibus potestas, licet in dignitate differant, vt capite de titulis enarrabimus. Habet &
77 substitutum † Vicarium in criminalibus hodie Io. Mariam Rethicam in

huiusmodi negotiis virum consumatum, qui iudex maleficiorum capitolinus appellatur, cui facultas datur cognoscēdi in facinorosos omnes laicos de quibuscumque delictis, & excessibus, licet possint etiā cognosci ab Auditore Cameræ, præterquā vbi pœna capitis, vel membri mutilatio veniret imponenda, & ab Vrbis Gubernatore, inter quos est locus præuentioni vt dicemus. Solus tamen Senator
78 in quoscunque † portantes & repertos cum armis omnimodā iurisdictionem habet, sine exceptione curialitatis, siue Cardinaliū familiaritatis, aut aliorum quorumcunque, aut alia sublata causa, etiam in clericos, à quibus arma auferri iubet, eosque ad ecclesiasticum iudicem remittit puniendos, vt ex Stat. Vrbis lib. 2. ca. 75. Et sicut Prætori vrbano regia insignia, sella curulis trabea lictores sex, & consulares apparatus dabantur Flauio, & Liuio auctoribus. Ita senatori prædicto multa
79 † permittuntur in ornamētū propriç dignitatis: Ex statuto. n. Vrbis quibus prædicti quoque iudices subsunt lib. 1. cap. 3. nunquam Senator in publicum exit, nec ad tribunal sedere debet nisi indutus paludamento ex serico auro intexto, quod auri broccatum dicitur, vel ex serico villoso, aut æstiuo tēpore, serico ermisino purpurei coloris semperque sceptrum eburneū in manibus habere, & ante se puerum equestrem, si equitabit, alioqui pedestrem, portantem ensem, & pileum, & saltem quatuor famulos omnes indutos colore rubro cum fascis fului, seu aurei coloris secundum insignia Romani populi. Vbi hodie sedet Dominicus Blōdus Picenus à Rotæ Bononiensis auditoratu vocatus, optima eius fortuna à Monte Alto permittente.

Est & alter iudex ordinarius capi-
80 tolinus, qui capitaneus † dicitur appellationum, & de omnibus appellationibus quæ interponuntur ab aliis prædictis iudicibus capitolinis tam super ciuilibus, quam criminalibus, & mixtis causis, præterquam à multis, in quibus iure statutorum Vrbis appellatio non permittitur, & grauaminibus cognoscit, & de causis nullitatum, quarumcumque sententiarum, laudorum, arbitrorum, & arbitratorum, & eorūdē reductione vt ex Stat. Vrb. cap. 166. lib. 1. & ex prædictis literis Iulij II. & capitulis Sixti IIII. apparet. Et adeo perfectus iuriscōsultus esse debet, digestamq; iurisprudentiam habere, vt quod per maiorem partem omnium supradictorum iudicum capitolin. (quod assettamentum dicunt) conclusum fuerit, solus, præterquam in casu suspitionis cum adiuncto consultore, à Senatore Vrbis inter multos egregios iurisperitos, & prælatos, sorte extracto, reuocare possit. Hodie est.
81 Et licet ab eius sentētia † quando fuerit infirmatiua primæ, & quacunq; altera appelletur ad Senatorem, vt ex lib. 1. stat. Vrb. cap. 179. tamen si fuerit primæ conformis, non amplius,
82 cùm duæ sententiæ † rem iudicatam constituant, Statuto prædicto præcipiente lib. 1. cap. 178. nec liceat secundo prouocare.

Vicarij Vrbis officium olim etiam per non Cardinales administrabatur, ita legitur in literis facultatum à Clemente VII. concessarum Paulo Capisucco Auditori Rotæ in ea dignitate constituto, sicut etiam in literis Pauli III. Pius verò V. Iacobi Cardinali Sabello concessit, & post eius mortem Hieronymus Cardinalis Rusticuccius à secretis proprijs à Sanctissimo,

ctissimo D. N. Sixto V vocatus, nactus est. Habet à Pontifice in
83 Vrbe †, & eius districtu ordinariam iurisdictionem, qualem scilicet vnusquisque Episcopus in sua obtinet diœ-
84 cesi. Et intelligo districtum † secundum Innoc. in c. cum ad sedem num. 2. de restit. spol. ad quem statuto, & consuetudine quadraginta miliaria deputata sunt pro ipso lib. 1. stat. cap. 3. Consuetudine quoque immemorabili, vt iudices, qui ordinariam iurisdictionem in Vrbis districtu exercent, non vltra quadraginta miliaria exercuerint, & ita ex scientia, & permissione Pontificis factus est districtus istius amplitudinis, & omnes homines, & territoria huic circuitui accedentia iurisdictionis iudicũ Vrbis, & ipsius districtus subesse dicuntur, ex eius definitione quæ territorij, & hominum est iurisdictio, vt per Bald. in c. 1. §. fin. ad fin. quib. mod. feud. amitt. Aret. consil. 97. Alex. post Immol. in l. 3. in princip. col. pen. num. 23. ff. de acquir. poss. Ias. in l. beneficium col. 1. & 2. ff. de constit. Mansuer. in addit. ad pract. Papiens. in form. libell. in act. real. in ver. cum pertinentijs Immol. in clem. ne Romani num. 41. de elect. Potest igitur Vrbis Vicarius absoluere, & ligare animas à peccatis 35. q. 1. quodcumq; & c. manu & 34. q. 2. legatus & 50. dist. considerandum & Matth. 16. & imponit pœnam pœnitentibus ex arbitrio in vltimo vitæ 26. q. 7. tempora. Et sibi sicut Episcopo subsunt Monasteria diœcesis quò ad legem iurisdictionalem idest quò ad canonicam subiectionem, obedientiam, Reuerentiam, institutionem, correctionem, reformationem, iurisdictionem, pænitentiam, & omniũ Sacramentorum collationem c. conquerente ver. nos autem de offic. ordinar. c. dilectus eod. tit. 15. q. 1. peruenit & c. interdicimus. 17. q. 2. c. hoc tantum. 12. dist. c. de his. & c. personæ de priuilegijs, & sicut episcopus 12. q. 2. c. monasteria, visitat ecclesias, monasteria, etiam regularia, atque synodum conuocat. Habet iurisdictionem in laicos, etiam forenses, qui ratione alicuius loci pij, aut confraternitatis, vel seruitij in hospitalibus, & monasterijs, & alijs religionem sequuntur, & Hebræos omnes Vrbis, Item viduas, pupillos, & alias miserabiles personas, quæ sunt de gremio ecclesiæ, inter quos tanquam, iudex ordinarius vsque ad quamcumque summam ius dicit, iustitiamq; administrat. Item quò ad omnes alios in causis, in quibus non de proprietate rei, sed locationibus, euacuationibus, pensionibus, ipsarum locationũ responsione, deuolutione casaliũ, prædiorum, domorum, vinearum, & mercedum ageretur vsque ad quamcunq; summam, sed ubi de proprietate vsque ad LX. ducatos auri de Camera limitatè vsque ad quadragesimum lapidem habet ditionem. Item in personis ecclesiasticis reformandi, visitandi, crimina mulctandi, corrigendi, & priuandi. Item contra blasfematores, vsurarios, Iudæos, periuros, & quoscunq; alios crimina perpetrantes quæ ad ecclesiasticum forum pertineant: Potest etiam cognoscere de obligationibus
85 † in forma Cameræ solùm circa personas Ecclesiasticas, & loca pia, quæ ipsius subsunt iurisdictioni, vt ex Priuilegijs Pij V. Vicario Vrbis concessis sub Bulla 24. constat. Et licet
86 Vicarius † alterum. Vicarium non possit

possit substituere, vt per Host. in c. clericos de offic. vicarij. Facultates tamen à supradictis Pontificibus concessæ hoc ipsi permittūt, vt duos substitutos habere possit, & hodie habet. Iulium Antonium Aesinatem, V. S. Referendarium Locumtenentem in ciuilibus, & Ioan. Baptistam Gentilem Perusinum optimum iurisconsultum in criminalibus.

Cùm itaque demonstratum sit multos in Rom. Curia esse iudices ordinarios, ideo non obstant tria argumenta in principio huius capitis inducta, Et primo quod iurisdictio cohæreat territorio, quo cùm careant in Rom. Cur. erunt igitur omnes de-
87 legati. Nam iurisdictio † aut consideratur respectu exercentis, & actiuè, & dicitur esse in magistratu ad Barr. in l. 1. §. in initio col. 2. ff. de offic. præfect. Vrb. & ibi Bald. col. 1. vers. Sed hic quæritur. Angel. in l. more maiorum in fin. & in l. fin. in princ. ff. de iurisd. omn. iud. Ias. in l.1.num. 15. vbi Dec. num. 4. ff. de iurisd. om. iud. qui propriè ius dicere potest, aut consideratur passiuè, & dicitur esse in subditis personis, quibus ius dicendum est: Et in hoc sensu iurisdictio potest esse sine territorio: Et probatur quia Doctor habet iurisdictionem in scholares auth. habita C. ne filius pro patre, vbi glo. in ver. litem dicit quod habet merum imperium, licet per non vsum fuerit tacitè renunciatum, & tamen caret territorio, quia vb.cumq; scholares docuerit, ius inter ipsos dicere poterit. Item Episcopus habet iurisdictionem, & non territorium. c. cum episcopus de offic. ordin. in 6. Purpurat. in l. imperium num. 134. ff. de iurisd. om. iud. Boer. decis. 227. num. 2. Item Archidiaconus. Innoc. in c. adhæc & c. cum contingat de foro compet. Item notarius Doct. in l. duum virum, vbi Luc. de pen. C. de decur. lib. 10. Angel. in l. extra territorium 1. not. ff. de iurisd. om. iud. Barr. consil. 299. quæritur. Fely. in c. post cessionem. 1. not. de probat. Butr. in d. c. adhæc. Bald. consil. 109. Archipresbyter. vol. 3. Lorgouallius in repet. l. Imperium fol. 48. Et potest etiam esse iurisdictio ordinaria sine territorio ad Bartol. in l. 1. col. vlt. de iurisdictio omn. iud. quem ibi Doct. sequuntur, & Socin. consil. 15. num. 6. lib. 1. Boer. d. decis. 227. num. 14. Item statuere super decisionibus causarum est iurisdictionis Bald. in l. decernimus vers. redeo ad primum. C. de Sacrosanct. eccles. & in l. nulli C. de sum. trinit. Fely. in c. cum contingat num. 3. in fin. de for. compet. quod est sine territorio, quia decisiones Rotæ, quæ faciunt stylum vbilibet sunt obseruandæ, etiam extra territorium, vt dicunt Doctores, quos citamus, & latè probamus inferius in cap. an decisiones Rotæ faciant ius. Nisi velimus dicere quod cùm persona prædictæ sint in loco, qui terminatur territorio, ita iurisdictio passiuè etiam sit in ipso, sed respectiuè ad personas ipsas, vt per Alex. consil. 35. num. 2. & 3. qui alios refert. vol. 4. Pro quo facit quia mutatione domicilij mutatur forus ad glos. in l. cum quædam vbi Dec. num. 3. ff. de iurisd. om. iud. & cùm personarum cōditiones, & loca supradictis iudicibus distincta sunt, vt probatum est supra argumentum ruit. Nec obstat quòd omnes iudices in Rom. Cur. exerceant iurisdictionem auctoritate Apostolica, ideo censeantur delegati
88 † textus enim ibi allegati intelliguntur in

tur in dubio. Et in casu nostro cessat, cùm prædictis iudicibus vniuersitates negotiorum committantur ad l. 1. §. vrbem ff. de offic. præfect. vrb. & l. fin. C. vbi & apud quem glos. in ver. qui tribunali in l. 1. ff. de iud. Et quia ordinarij à Pontifice vocantur, ideo ordinarij sunt, ad l. eos C. de mod. mulctarum. Nec obstat quòd iurisdictio ordinaria propter præsentiam
89 Papæ censeatur impedita † quia hoc dicit Archidiac. ex quo grauati supplicant Pontifici, & hic postea iudicibus rescribit, & dixi supra num. 45. hoc casu Papam non impedire, sed ordinariam iurisdictionem excitare, quę licet videantur duæ potestates nomine, vnica tamen erit in effectu. Extrauagans autē Bonifacij viij. Vnam sanctam non est ad propositum, quia dicit omnes potestates subesse Rom. Pontifici, & non quòd solus ipse sit ordinarius, cæteri verò delegati, vt ex eius lectura manifestissimum fiet vnicuique.

SVMMARIA.

1 *Causæ quibus modis veniant ad Curiam.*
2 *Pontificis aditus quando facilior.*
3 *Pontifex quos viros habet circa se.*
4 *Pontifex quare committit causas*
5 *Cappellanorum Pontificis antiquus numerus.*
6 *Auditores Rotæ qui, & quomodo recipiantur.*
7 *Approbatus an possit reprobari.*
8 *Medicus approbatus an possit reprobari. & 17.*
9 *Auditores Rotæ quoties approbantur.*
10 *Approbatione secunda acceptantur qualitates præcedentes.*
11 *Approbatio Pontificis quàm vim habeat.*
12 *Rota Pontificis Auditorium, & tribunal veritatis.*
13 *Sacrilegium est disputare an sit idoneus quem Princeps elegit.*
14 *Litis contestatio quando interuenit.*
15 *Doctor quoties approbari debet.*
16 *Doctoratus à Papa vel Imperatore quibus præferatur.*
18 *A iure quando recedimus.*
19 *Auditorum hodiernus numerus, & nomina.*

De Origine, & Progressu Auditorum Rotæ. Cap. III.



OPERAE pretium est exponere quo ordine in Tribunalibus Curiæ vota reddantur, si prius numerum Auditorum Rotæ, non adhuc nobis prætermissum, qui proprio stylo ipsa pronunciant, cognouerimus. Cùm igitur ex omnibus mundi
1 partibus causæ † vel iuris dispositione, aut Principum remissione, vel ex natura causarum, vel partium consensu, vel tandem per appellationem ad Romanam Curiam confluant, & ad Pontificem vnicum Christianæ religionis patrem maximus indies concursus accedat, qui solet vbique, & publicè, & in Camera iustitiam mi-
2 nistrare, Cumq; facilior † sit Pontificis publicus aditus, vel etiam quando pergit ad cappellas celebrandas, omnes eius se pedibus proijcientes, propriarum causarum iustitiam po-
3 stulabant: Ipse † autem quia cappellanis optimis iurisconsultis semper circumseptus erat, integerrimis viris, cuiuscumq; scientiæ cognitionem callentibus, quæ pro expeditione causa-

rum,

rum ſunt neceſſaria ad tex. in auth. de iudic. in princip. & Bert. in c. ſuſcitatus de reſcript. & c. 1. 20. diſtin. vt poſſint de rebus Laicorum Principū, & de ipſis Principibus, de eccleſiaſticis, & quibuſuis alijs perſonis, & cau-
4 ſis iudicare, cùm ſolus † non poſſit omnibus iuſtitiam miniſtrare arg. c. ponderet 50. diſt. & l. qui interrogatur ff. de interrogat. act. cauſas huiuſmodi prædictis circa ipſum aſtantibus committebat, vt citius & audirent, & expedirent: nam quod tot excellentiſſimorum virorum conſilijs ruminatur, melius, & prudentius digeritur l. omnium C. de teſtib. c. in canonicis 19. diſ. c. de quibus 29. diſt. præſumitur enim ibi adeſſe Spiritusſanctus Matth. 23. & c. alienus 24. q. 1. facit quod habetur in l. fin. C. de fideicomm. Ex quo ab initio Cappellani vocati ſunt. Hodie verò licet in cappella in diuinis inſeruiant, Auditores tantū, & nō cappellani vocantur: ſiquidem creſcentibus cauſis ex vniuerſo orbe, & ad Romanam curiam confluentibus, vbi cuncta diriguntur iudicia, vbi iuſtitia miniſtratur, vbi eſt ſummum tribunal iudicij diuinitus conſtitutum, & vbi lux, & forma iuſtitiæ præeminent, & prælucent, Ponti-
5 fex, qui ſine certo numero † Cappellanos habebat, ſufficientia operoſa ornatos, fidelitate comprobata, vitæ honeſtate, decentia commendanda, atque benignitate ad pauperes compaſſiua, viciſſim ſingulos viuæ vocis oraculo ad audiendum, & repetendum deputabat, ad Spec. de leg. §. ſequitur in princip. & Sarnens. in proœm. regular. in ver. Rotæ immutatio. Quorum autem numeri memoria haberi poteſt legitur in deciſionibus Faſtoli in cauſa 5. dub. 15. ſuo tempore fuiſſe XXI. quorum duo erant gradus, primi, & ſecundi, prout ex eodem dub. 42. & ex conſil. Oldrad. 266. quorum primi ſimpliciter de negotio principali cognoſcebant, de quo ſi appellari contingerat, cauſa appellationis committebatur Auditoribus ſecundi gradus, ita colligitur ex dictis Oldradi in conſil. 304. in princip. quem etiam refert Sarnenſ. d. proœm. Succedentibus verò temporibus Martinus V. præcipiens obſeruari conſtitutiones Ioan. XXII. & Gregorij II. ſtatuit quòd nullus Palatij cauſarū Apo-
6 ſtolici in Auditorem † recipiatur, niſi fuerit doctor iuris famoſus, & poſt doctoratum ab eo receptum, per triennium ad minus legerit, ſitq; commendatus de vitæ ac morum honeſtate, alijſq; virtutibus, ac ab omni munere ſint mundæ manus eius, & bonum habeat teſtimonium, quæ ſi per informationem conſtabunt. Vicecancellarius tunc temporis vocatis quatuor ex dictis Auditoribus decretalem, aut legem ſi Canoniſta, legiſtavè fuerit, quam infra vnius menſis ſpatium à die ſibi aſſignata computandū in d. Vicecancellarij, aut Locumtenentis præſentia, conuocatis omnibus Aduocatis, repetere teneatur, reſponſurus quatuor vltimis ex dictis Auditoribus, atque totidem ex vltimis Aduocatorum conſiſtorialium. Hodie hoc redactum eſt ad tres Auditores, & vltimum Conſiſtorialium: Secretè tamen aliam decretalem enucleat, ſuper qua ſingulis Auditoribus argumēta proponētibus optimè reſponſurus eſt, Licet vltimo loco D. Decano ſe ſubijciens, taceat: Et tunc ſi meritò commendatus ſit, Vicecancellarius in Auditoribus admiſſionem procedet.

Super

Super hoc optimè quæri potest Vtrũ Auditor post quàm semel approbatũ
7 † est, reprobari possit, & videtur quòd sic. Primo quia approbatio est decretum admissorium, sicut reprobatio decretum reprobatorium, l. 1. §. solent. ff. quand. appell. sit, & ideo confirmatio electionis non habet vim diffinitiuæ, Innoc. in c. cõstitutus in gloss. in verb. sed quare de appellat. quia non interuenit contestatio litis, nec alius ordo iudiciarius. Secundo quia scholaris semel approbatus in primo examine, in quo fortè habuit pũctum familiarem, potest reprobari in secundo examine, Abb. in c. cum secundùm col. vlt. de præbend. Tertiò quia minus videtur, quòd possit reprobari me-
8 dicus † semel approbatus quàm iurisconsultus, sed propter interesse publicum post approbationem potest reprobari, l. se det reprobari ff. de excus. tut. ergo tantò magis iurisconsultus, cuius inhabilitas, etiam si approbatus, postquam detecta fuerit, debet esse causa reprobandi. Quod argumentum dicitur à minori ad maius, Alber. in Dictionario, ver. argumentum à maiori, & est validum in iure 38. dist. c. si in laicis, & 22. q. 5. c. si paruulus, quo etiam vtitur, Fely. in c. cum venerabilis num. 47. de except. ad propositum nostrum. Quarto quia approbatus in vno, & eodem officio, vel etiam in simili, ex superuenienti causa potest reprobari, Abb. post Innoc. & Immol. in d. c. cum venerabilis in 3. opposit. & l. vt gradatum §. reprobari. ff. de muner. & honor. & Mart. Laud. in tract. de offic. princip. §. 135. & d. l. sed & reprobari in princip. & ibi per Bald. & Alber. de Rosat. vbi dicit Bald. Collateralis potestatis, qui imperitus reperitur, reprobari potest. Idem in terminis tenet Albert. Brun. in consil. 92. & 97. per ea quæ voluit, Bald. in l. qui se patris col. pen. C. vnde lib. & Paul. de Castr. in consil. 285. incip. primum dubium col. 1. per c. veniens de rescript. & c. 1. de constitut. in 6. & Oldrad. consil. 18.

Sed contrarijs non obstantibus, Dico quòd & si de iure semel approbatus amplius reprobari non possit ad vulg. reg. nõ potest, & reg. quod semel tex. iuncta gloss. in c. accipimus de ætat. & qualit. l. si ab arbitrio. ff. qui satisd. cog. Bart. in l. Pomponius col. 4. de negot. gest. Anchar. in clem. 1. in 2. opposit. de concess. præbend. Ioan. de Anan. in c. nulli principum de accus. Alex. cons. 103. col. 4. vol. 2. Dec. in c. cum venerabilis in 3. opposit. de except. Pedemont. decis. 61. num. 18. Menoch. consil. 105. num. 27. vol. 1. Ias. in l. quæ quisque §. editiones num. 15. ff. de ædend. Hoc tã-
9 tò magis procedit in Auditoribus † sacri Palatij, qui doctorati, & sic semel approbati in minori dignitate, ad Bal. in c. scriptum col. vltim. de elect. cùm assumuntur in Auditores iterum per supradictam bullam examinantur ad Fely. in d. c. cum venerabilis num. 47. ver. & ideo. Vnde cùm approbati fuerint, amplius reprobari non possunt, tum quia per hanc secundam ap-
10 probationem † acceptatur Auditor, & ita omnes eius qualitates intelligũtur acceptari, & ratificari ad tex. cum ibi not. per omnes Doct. in l. contra iuris §. fin. ff. de pact. & l. Gaius ff. de manumiss. l. 2. ff. de reb. eorum, Bart. in l. Aurelius §. idem quæsiuit. ff. de lib. leg. Bald. in l. siquidem C. de transact. Felyn. in c. licet causam de prob. & ita videtur ratificari prima doctoratus

ctoratus approbatio, vt fortissimum ius non amplius reprobandi constituatur. Secundo quia cùm nullus Auditor possit approbari, & recipi, nisi capta informatione de vita, & moribus, eiusq; operibus, & quod per multos annos legendo iurisprudentiam, vel postulando se se exercuerit, appro-
11 batio † Pontificis, quæ sequitur post hanc causæ, cognitionem, sententię diffinitiuæ vim habet, per quam omnis defectus ordinis non seruati suppletur c. ad petitionem, vbi Fely. in 3. opposit. de accusat. Abb. in c. cum olim col. pen. de re iudic. gloss. fin. in c. 1. de transact. Paris. consil. 11. num. 3. vol. 4. Eoq; minus reprobari poterit,
12 nam cùm ad hoc † Rotæ Summi Pontificis Auditorium, & veritatis Tribunal assumptus fuerit, cui quæcunque causarum genera terminanda dantur, absurdum videretur, vt qui litigantibus leges imponendi auctoritatem habuerunt, quocunque temporis euentu reprobari possent. Ideo non possum loquacioribus non indignari, qui cùm vix iurisprudétiæ limina è longè salutauerint, propria ignorantia (quā vtinam cum Socrate omnes cognoscerenus) tumefacti, non solùm huius generis Patribus subsannati, quinimò Summo Pontifici, vt malè aliquando eligenti leges imponere vellent, obliti
13 pœnæ quòd sacrilegij † instar est disputare an sit idoneus quem Princeps elegerit, ad tex. in l. disputari C. de crimin. sacrileg. Anchar. consil. 404. num. 5. Afflict. in constit. lib. 1. rubr. 4. num. 8. Ideo non obstat quod primo loco dicebatur in cōtrarium, quia dictum est habere vim sententiæ diffinitiuæ. Nec potest interuenire litis
14 † contestatio, quia vltra quòd nulla aduersa pars interuenit, dictæ causæ cognitio sit ad informandum Principem, qui de prædictis informatus, approbans, & recipiens aliquem ad suū auditorium, supplet quemcunque defectum ordinis non seruati. Paris. in d. c. consil. 11. Nec procedit secun-
15 dum, quia Doctor † ter approbari debet, Primo per iuramentum, & præsentationem promothorum arg. l. nemini C. de aduocat. diuers. iudic. Secundo per examen coram septem Doctoribus adminus l. si quis C. de profess. & medic. lib. 10. de quo plenius per Abb. in c. proposuisti de probat. & Car. in clem. 2. q. 2. de magistris, qui omnes debent esse concordes, nec sufficit maior pars, vt notat gloss. & Doct. in c. non potest de re iudic. licet hodie contrarium obseruetur, quia maior pars sufficit, sed talis approbatio friuola existimatur, Tertio per decretum superioris arg. l. 1. C. de athlet. lib. 10. Bart. in l. magistros C. de profess. & medic. lib. 10. & notatur in clem. 1. & 2. de magistr. Sed si alicuius scientia sit nota, non oportet examinari, vel leuius ad gloss. & Cardinal. in clem. 1. §. 2. de iureiur. Cæteræ autē approbationes, quæ ab habentibus doctorandi potestatē à Summo Pontifice, vel Imperatore fiunt, non sunt in consideratione, cùm potius togatum, quàm doctorem hominem constituant, contra quos Neapoli cauetur per Regiam pragmaticam, vt nec in Regno Doctorum officijs fungi valent. Et licet do-
16 ctoratus à Papa, vel Imperatore præferatur antiquiori prius doctorato à quocunque alio, etiam collegio Rom. in l. si verò. §. de viro in 39. fallent. ff. solut. matrim. & Alex. in l. 1. ff. de Alb. scribend. Tamen hoc intelligitur quando rigorosum examen præcesserit,

rit, aliàs secus. Ias. in l. si quis maior, col. vltim. versic. Aduerte C. de transa ctio. de quo latius per Fely. in c. per tuas in 2. col. vers. per istum textum de maior. & obedient. quæ approbationes cùm se inuicem consequantur, non mirum si non repertus idoneus in aliquo examine reprobetur. Nec obstat tertium, quia licet vera sit regula quòd approbatus non possit reproba-
17 ri, hoc fallit in medico † in quo speciale est, vt post approbationem possit reprobari propter hominum sanitatem, gloss. in l. Pomponius ver. semel probatum. ff. de negot. gest. & per Bart. in l. dispensatorem de sol. Nec valet argumentum ab exceptis de regula ad inclusos in regula, quia non est par ratio de vtrisque. Nec obstat quartum, quia licet approbatus ad aliquod officium nō possit in eodem, vel simili reprobari, requirente eandē personæ aptitudinem, ad Innoc. in d. c. cū venerabilis in pen. col. in gloss. sua in ver. instrumentum in vers. item si admitto de except. Tamen à limini-
18 bus † iuris ex causa aliquando recedere licet. c. insinuante de offic. deleg. & approbatio doctoris facit præsumptionem eorum quæ ad gerenda officia requiruntur, cuius si contrariū eiusdem fiet, non à doctoratus, sed ab officio quod administrat, reijcietur, ad Bart. in d. l. Grammaticos, quod nunquam dictis Auditoribus videtur accidere posse, quia vltra doctoratus approbationem, & processum factum de morum honestate, facundia, subtilitate, & sufficientia, quæ ad optimū iurisconsultum sunt necessaria, ad Card. in clem. 2. in 2. q. de magistris, tandem per supradictas disceptationes, quod nulli totius Italiæ officialibus commune existit, nemine dissentiente ab omnibus approbati, à Summo Pontifice, seu eius Vicecancellario confirmati recipiuntur.

Et quia Auditorum nō erat certus
19 numerus † fuit tandem per Sixtum Quartum redactus ad duodecim, & vndique ex omnibus mundi partibus eligūtur, vnicus Gallus, duo Hispani, totidem Romani, totidem aliquando Bononienses, vel vnicus saltem, alter Germanus, vnicus Perusinus, vnicus Mediolanensis, aliquando etiam vnicus Venetus sicut est hodie, & aliquando etiam Neapolitani assumpti sunt. Nec credo fuisse habitam rationem numeri, in quo nulla adest virtus, & cùm sit dependens à re numerata nō agit, nec habet virtutem agendi, licet possemus id etiam respectiuè asserere, comparando ipsos duodecim Zodiaci signis, per quæ sicut ecliptica paratur, qua tanquam per viam propriam solis lumen singulis applicatum, dispa ria tempora, diuersasque nostras producit qualitates. Ita per ipsos duodecim Auditores Pontificis auctoritati iter exponitur, & cum sit is constitutus super Reges, & Regna ad Hierem. 1. & c. nouit. de iudic. totius mundi iustitiam administrando, moderatores existent, iudicumq; laicorū defectus supplebunt cognoscentes de causis c. ex transmissa de foro compet. c. licet. & c. ex tenore eod. & 23. q. 5. administratores, quòd non solùm quò ad forum conscientiæ intelligendum est, vt quidam restringunt, sed etiam quò ad forum iudiciale, vt per supradicta patet, & hic eorum numerus, vsque ad nostra tempora obseruatur, infra quos habes hodie viros doctissimos, & integerrimos Io: Baptistam Rubeum Decanum, Seraphinum Oliuariū Razalium Gallū, Laurentium

rentium Blanchettum Bononiensem, Marcellum Bubalum Romanum, Petrum Franciscum Gypsium Bononiensem, Franciscum Oranum Leodiensē, Hieronymū Pamphilium Romanum, Flaminium Platum Mediolanensem, Franciscum Manticam Venetum, Napolionem Comitulum Perusinum, Franciscum Pignam Citerionis Hispaniæ, & alterum prouidendum vlterioris Hispaniæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia cur maiori parte votorum debeat muniri.*
2 *Papa propter plenitudinem potestatis potest facere constitutiones, & alia ardua absque consensu Cardinalium.*
3 *Sententia Papæ præfertur quibuscunq; alijs etiam simul iunctis.*
4 *Papa an ligetur constitutione.*
5 *Iudicium hominis quomodo fiat.*
6 *Iudices omnes præsumuntur æqualis perspicaciæ.*
7 *Iudices si impediti non venerint ad tribunalia quid iuris.*
8 *Iudicum an saltem duæ partes debeant esse præsentes.*
9 *Potestas maioris quando deuoluatur ad minorem, iudicem.*
10 *Assectamentum Capitolij requirit præsentiam omnium iudicum.*
11 *Votum quis prior inter iudices reddere debeat.*
12 *In dignitate existentes præcedere alios debent.*
13 *Iunior debet dare primum votum, & quare.*
14 *Antiquior præsumitur doctior.*
15 *Votum vltimum dicitur dignius.*
16 *Clerici Cameræ quem ordinem sequantur in votando.*
17 *Assectamentum Capitolinum quem ordinem insequitur in votando.*
18 *Stylus Rotæ in reddendis votis.*
19 *In reddendis votis si iudices sint æqualiter discordes quid fit in singulis tribunalibus.*

De Ordine reddendi vota in causis Tribunalium Vrbis.

Cap. IIII.



1 CVM sententia † in quocunq; Tribunali dicenda, maiori votorū parte muniri debeat, quia integrum est iudicium quod plurimorum votis confirmatur c. 1. 20. dist. c. prudentiam in princip. de offi. de leg. & quod pluriū opinionibus fit, maiori auctoritate roboratur, ad Bald. in l. humanum C. de leg. glos. in c. ad Apostolicæ 39. q. 9. & ideo inferebat Butr. & Immol. in rub. de constit. quod Papa solus non potest legem condere maxime in arduis sine consensu Cardinalium per c. venerabilem §. rationibus qui fil. sint legit. quod intelligitur de humanitate, vt notat Ioan. Monac. in c. super eo de hæretic. in 6. & Bald. in l. cum multa C. de bon. quæ lib. Princeps enim in legibus condendis prędictam formam obseruare debet, vt sic ordinatum ad fælicitatem Imperij, atque gloriam Dei omnipotentis redundare possit, non tamen de necessitate,
2 Et Papa † propter plenitudinem potestatis potest facere cōstitutiones, & alia ardua etiam sine consensu Cardinalium, vt per Innoc. in clem. ne Romani col. 3. de elect. & notat Bellamer. in c. in synodo 63. dist. quam esse

esse communem opinionem testatur Fely. in rubric. de constit. num. 5. quia Cardinalium potestas emanat à solo Papa c. ita. Dominus 19. dist. quia
3 eius sola sententia † præfertur quibuscunq. alijs etiam simul vnitis 35. q. 9. c. veniam, & 4. dist. in istis. Card. in Clem. fin. in princip. de sent. excomm. quia est vnicus fons iustitiæ fugans tenebras, Et in eo præsumuntur illa tria concurrere quæ considerantur in actibus hominis scilicet bona voluntas, modi congruitas, & concessa potestas. Socin. consil. 144. vers. tertio loco. col. 2. ideo cum habeat liberam potestatem clem. 2. vt lit. pend. & c. 2. de præbend. in 6. & c. significasti in fin. de elect. & c. cuncta 9. q. 3. Soli enim Petro datæ sunt claues 24. q. 1. c. quodcunque, potest sine consilio Cardinalium omnia facere, quia Cardinales reguliter assistunt Papæ in opus ministerij, vt per Rom. sermone vnico posito post sua consilia num. 3. & 4. & licet in opus consilij etiam aliquando, tamen non de necessitate. Nec obstat Cardinal. consil. 138. dicens quòd si non interuenerit consensus Cardinalium
4 quod Pontifex † successor non ligatur illa constitutione, hoc enim nullo modo puto verum, quia Papa nulla constitutione ligatur, ad glos. in c. nullus in ver. vitare de sent. excomm. l. pen. ff. de recept. arbitr. c. innotuit de elect. Paris. consil. 11. num. 5. & seq. vol. 2. quia non licet se tantùm arctare, quin sibi non liceat à tali submissione tollere, cùm talis submissio esset iuris Positiui, & Papa super omnia iura positiua. c. proposuit de concess. præbend. Ioan. And. in c. ecclesia S. m. de constit. Præterea iu-
5 dicium † hominis iuxtà sanctum Thom. 2. 2. quæst. 40. significat rectam deliberationem iustorum, deliberare autem est de extrinsecis, & hæc magis possunt percipi à pluribus quàm ab vno solo, & ideo plurium opiniones faciunt vnum iudicium id est vnam perfectam, atque iustam deliberationem. Nec obstat quòd maior pars non possit aliquid statuere, si minor est discretior, firmior, vel sanior c. quia propter de elect. Alex. in l. quod maior ff. ad municip. Abb. in c. venerabilem de elect.
6 Quia regula fallit in iudicibus † qui omnes præsumuntur æqualis perspicaciæ, & firmitatis iudicij, & Maximè Auditores Rotæ, qui ad Auditoratum post multa examina perueniūt. Sed dices quid iuris si aliqui impedi-
7 ti † non venerint. Respondendum est quòd tribunalium auctoritas residet penes venientes. Sed an necessarium sit quòd saltem sint præsentes
8 † duæ partes. Glos. in c. bonæ de postulat. prælat. vult quòd sic per ea quæ notant Doct. Ioan. Andr. in c. 1. de his quę fiunt à maior. part. cap. & not. in c. licet & c. bonæ de elect. cum similib. & est tex. in l. plenè, & l. nulli ff. quod cuiusq; vniuers. & l. nominationē C. de decur. lib. 10. in quibus iuribus probatur quòd quando debent vniri vniuersitates, siue collegia, siue congregationes, in quibus particulares homines sunt connumerati, debent conuenire saltem duæ partes ad Bart. in l. omnes populi col. 1. vers. qualiter statuta fiant ff. de iust. & iur. notat glos. in l. aliud §. refert. ff. de iureiur. vbi optim. glos. Limitatur vt non procedat imminente necessitate, vt singulariter notat Bartol. in l. Nauarcorum C. de nauicul. lib. x. & probatur in c. cum inter de elect.

vbi si instat dies, & terminus electionis. vnus solus constituit alios in mora, & ipse solus potest eligere c. fin. 45. dist. & ita concludunt Doctor. in c. cum nobis olim de elect. licet Abb. contrarium dixerit, qui volebat,
9 quod potestas maioris † nunquam deuoluatur ad minorem, nisi ex delicto per c. gratum de postul. prælat. sed quia contumacia est delictum l. omne delictum ff. de re milit. & negligentia est peccatum grauissimum 24. q. 1. Ostia. Maximè si contenderet, quod esset grauius, & ex tali peccato decens esset, quod potestas, existente necessitate deuoluatur ad non contumacem, & hęc pars non contumax debet dici maior, & sanior, vt in c. 1. de his quę fiunt à maior. part. cap. quare potestas remanet penes comparentes in termino quotquot sint. Quod fallit in Assectamen-
10 to Capitolij † vbi omnium iudicum pręsentia requiritur, vt ex lib. 1. statut. Vrb. cap. 78. in vers. totius assectamenti, & ideo cùm aliquis iudex aut abest, aut ęgrotat, expectandus est: Et si diu absens futurus sit, Conseruatores Vrbis Pontifici supplicãt, vt habito pręsentium voto, causę breuiores decidantur, vt super intermedijs quarumcunq; causarum prouideri possit. Cùm igitur in omnibus tribunalibus sententia secundùm plurium vota dicenda sit. Quęrendum est quo ordine vota reddantur. Quiduè iuris si iudices in ęquales partes diuisi fuerint.

11 Et videtur de iure communi † quòd dignior, & doctior primum votum reddere debeat, hic enim pręfertur ad glos. in c. Isidorus 16. dist. Archidiac. in c. quoniam ead. distinct. vt doctior prius loquendo, viam indoctioribus aperiat. Et ille debet primo loqui qui est dignior, sed talis est antiquior in dignitate scilicet, qui primo ipsam adeptus est, vt per Bartol. in l. 1. ff. de alb. scrib. & per Innoc. in c. tua de maior. & obed. & dicit glos. in c. concilia §. episcopos. 17. dist. & ibi Pręposit. col. 2. notant Doct. in c. minis el 2. de excess. pręlat. & c. his de priuileg. Ioan. Andr. in c. 1. de offic. custod. & c. qualiter & quando el 2. de accusat. & c. legi. & c. alia 16. q. 1. quam rationem prioritatis considerat Ioan. Andr. in c. Ioannes de testam. Ideo inferebat Bald. in c. 1. de controuers. feud. inter par. quod antiquior prius dat votum. Et ideo videtur q Decanus Rotę, & Decanus Cameræ Apostolicę, qui semper sunt antiquiores de Rota, & de Camera primum votum reddere debeant, & postea in antiquitate viciniores. Amplius qui sunt in digni-
12 tate † pręcedere alios debent, ad glos. in c. lex. in ver. maiores 12. dist. Bald. in l. 1. c. de natural. lib. Vnde si inter Auditores, vel clericos esset aliquis Episcopus, cuius dignitatis ratione videtur maior, ipse debet primum votum reddere, sicut fuit hoc anno per Illustris, & Reuerendissimus Christophorus Robusterius, qui post viginti sex annos, quibus inculpatas excubias in Rota peregit, fuit creatus Episcopus Oriolensis, & quousq; Sapientissimus Franciscus Pigna, vir maximæ expectationis & doctrinæ, quam ostendit in tot libris quos ædidit, à Philippo II. Hispaniarum & vtriusq; Siciliæ &c. Rege Catholico, & Domino meo: sibi successor à Sixto V. Pontifice Opt. Max. supplicaretur, atque concederetur in Rota resedit, causasq; more solito terminauit.

Sed

13 Sed contrariam opinionẽ puto in iure veriorem, quod scilicet iunior † officialis primum votum dare debeat. Nam qui vult propriam dicere sententiam debet habere fidẽ certam de ipsa, & quia intellectus mouetur ab obiecto proprio voluntariè per quandam electionem, declinans magis in vnam partem, quàm in alteram, si id fiet cum dubitatione, & formidine erit opinio, si verò cum certitudine, & absque formidine
14 erit fides: sed si antiquior † qui præsumitur doctior, saltem in exercitio officij in quo versatur, primum redderet votum, tunc iunior non voluntariè, & per electionem declinaret in partem, quam eligeret terminandam, sed cum formidine antiquioris, à qua declinare dubitaret, Quare retinendo fidem certam primam sententiã proferat: Et in hoc resident Theologi vt refert D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 4. & Iureconsulti, vt testatur Afflict. decis. 1. num. 5. quod verificatur in quibuscunq; congregationibus, etiã medicorum, & aliarum personarum.
15 Ex quo infertur quòd vltimum † votum dicatur dignius, atque primum, quia dignior debet habere primam vocem in consilio, vt notat glos. in c. placuit 16. dist. & Bald. in d. c. 1. in ver. prius de controuers. feud. apud par. & in c. olim in princip. de consuet. idem Bart. in l. 1. ff. de obseq. & in l. fin. C. de tyron. lib. 12. per illum tex. & Ias. in l. cum quid in 2. lect. col. pen. ff. si cert. pet. Quem or-
16 dinem insequuntur Clerici † Cameræ Apostolicæ. Facta enim propositione per aliquem ex eis, prius votant qui non sunt Clerici, qui omnes constituũt vnicum votum consultiuũ, quod insequi Clerici non coguntur, & prius incipit indignior scilicet procurator Fisci, mox gradatim sequuntur Aduocatus pauperum, Aduocatus Fisci, Commissarius Cameræ, Præsidens, Cameræ, Auditor Cameræ, Thesaurarius, Gubernator Vrbis, & Camerarius. Deinde Clericus iunior vsque ad Decanum. Contrarium verò ordinem Affectamẽtum
17 † insequitur, cùm enim alter ex Collateralibus causam retulerit, atque idem referens primum votum dederit, statim Senator tanquam dignior quid sentiat, aperit, deinde alter Collateralis, vltimo loco iudex maleficiorum, qui nunquã in ciuilibus alicui prædictorum contradicere solet. Tamen Rota procedit in hoc ex quodam
18 proprio & antiquissimo stylo † qui semper attenditur, vt latissimè sæpius dictum est supra. Vnde cùm Auditores in Rota sedendo in quatuor diuidantur scamnis, in quorum singulis terni sedeant hoc modo

Seraphinus, Decanus, Blanchettus,
4 2 1 3 5
Bubalus, Oranus, Platus — 6, 8
Gipsius, Pamphilius, Mantica — 7, 9



Comitulus loc. prouid. Pigna,
10 12 11

Primo Decanus proponet, inde sinistrorsum erit primum votum. Seraphini, Secundum Bubali, 3. Orani, 4. Plati,

4. Plat. 5. Comituli. & ita per turnum cæteri proponunt, & vota præstantur. Nec obstat quòd tunc vltimus Auditor eliget fortè opinionem cum formidine superioris, cui adhærebit. Hoc enim non procedit in Auditoribus propter supradictas approbationes. Et licet Auditor proponens causam, votum non reddat, sed ab alijs recipiat, si tamen eorum sententiæ proponenti non satisfaciant, tunc ex diuturno eorum stylo, poterit causam ad Cancellariā remittere, vnde alteri committitur. Quòd si fortè totius Rotæ desideratur votum in aliqua causa, quæ coram alijs iudicibus, vel etiam Cardinalibus tractatur, quod sæpius accidit, & inuenitur aliquis Auditor, qui ipsam referre dignatur, prius votum in ipsa, à proponente redditur, & deinde sinistrorsū modo supradicto proceditur.

19 Et si in votis reddendis † fuerint discordes in partes æquales, tunc in Rota sæpius causa discutitur, quousque maior pars in vnam incidant sententiam, & tandem itur ad Papam, & de hoc stylo testantur Immola post Io: de Monte Ganduno super clem. Auditor de rescript. In Affectamento autem quando duo, vnum, & duo aliud sentiunt, ad Signaturam recurrunt, à qua alter Iudex additur, expresso mandato quod sit illud quòd à maiori parte sentiretur, & de hac praxi habes Luc. pet. de iudiciar. formul. capitol. for. lib. 2. c. 13. de affectamento num. 6. In camera verò si Clericorū vota fuerint æqualia in duas partes diuisa, tūc omnia vota consultiua, vel eorum maior pars vnum constituunt, quod additum vni ex partibus æqualibus clericorum, maiorem & communiorem sententiam emergere faciet, quod semper in istis Tribunalibus obseruatur.

SUMMARIUM.

1 *Sententia quando sit ipso iure nulla.*
2 *Legis natura est perpetua, & durabilis.*
3 *Legis essentia quæ, & quot requirat.*
4 *Lex quando habet eius effectum.*
5 *Decisiones Rotæ quos ligent.*
6 *Auditores quare non ædant decisiones.*
7 *Stylus habetur pro lege.*
8 *Decisiones Rotæ faciunt stylum.*
9 *Auditores Rotæ habent totam Romanā Curiam pro territorio.*
10 *Stylus Curiæ vbilibet, & ab omnibus est obseruandus.*
11 *Peritis in arte est standum.*
12 *Peritiores qui dicantur in aliqua facultate.*
13 *Stylus Curiæ in quo fundatur.*
14 *Curiam Romanam omnibus sequendum est.*
15 *Styli efficacia.*
16 *Communi opinioni est standum.*
17 *Opiniones Rotæ reputantur Communes, & quare.*
18 *Glosis est adhærendum.*
19 *Ioannes Andreas est Iuris speculum.*
20 *Bartoli, & Baldi auctoritas.*
21 *Rotæ auctoritas.*
22 *Auditores Rotæ qui fuerint.*
23 *Communis opinio quando non sit sequenda.*
24 *Iudicari contra communem opinionem quando possit.*
25 *Rotæ opiniones semper sunt amplectendæ, & quare.*
26 *Communes opiniones quomodò fiant à Doctoribus.*
27 *Vtilitas propria facit homines à vero deuiare.*
28 *Decisio Rotæ quomodò condatur.*
29 *Præsumendum est magis pro consilio collegij,*

collegij, quàm Doctorum.
30 *Deficiente lege, quò recurramus.*
31 *Communis opinio Rotæ quomodo consti tuatur.*
32 *Sententia lata contra leges non est ipso iure nulla.*
33 *Sententia lata contra decisiones Rotæ, an sit ipso iure nulla.*
34 *Decisionibus Rotæ, tanquàm magistralibus est standum.*
35 *Statuta humana mutantur ad veritatem temporum.*
36 *Curia Romana quare sæpe mutet obseruantias suas.*
37 *Decisiones Rotæ deberent ædi, & quare.*

An Decisiones Rotæ faciant Ius.
Cap. V.



Viso quomodo in Tribunalibus Romanæ Curiæ vota reddantur, quia sæpius dubitari solet an vota, & suffragia Auditorum summo studio, atque singulari in Iure cõmuni diligentia præstita, quæ decisiones Rotæ vocantur, ius constituant, ita quòd vbilibet ab omnibus sit secundùm ipsas iudicandum. Ideo superest istam arduam quæstionem aggredi. Et pro parte negatiua adsunt auctoritates. Fely. in c. ex parte num. [illegible] de rescript. Gemin. & alij in c. duobus eod. tit. in 6. Præposit. & Gemin. in c. neque xi. dist. Gemin. consil. 34. col. 2. vers. quia non est credendum auctoritati. Card. in c. pastoralis de fide instrum. dicentium decisiones Rotæ non facere ius, neque legem, neq; iuris, vel legis habere auctoritatem. Sunt quoque rationes. Prima, quia sen-
1 tentia † contra leges lata est ipso iure nulla l. cum prolatis ff. de re iudicat. c. cum inter eod. tit. sed lata contra decisiones Rotæ non est ipso iure nulla, vt per Cagn. in Rubr. ff. de reg. iur. num. 52. vers. decisiones verò. Ant. Gabr. tit. de sentent. conclus. 7. num. 18. Vantius in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. num. 121. Felyn. in c. 1. col. 6. de constit. Cassad. decis. 17. in fin. de præbend. ergo non habent vim legis. Secunda,
2 quia de natura † legis vniuersalis est quod sit perpetua, & durabilis, vt per Archid. in c. donatum. 1. q. 7. & dicit Milis in ver. lex §. 1. & l. ædita ibi perpetui ædicti C. de ædend. sed decisiones Rotæ sæpissimè mutantur, quia propter mutationum Summorũ Pontificum mutatur eorum obseruantia, vt per Compost. in c. 1. de elect. in 6. & per Io: Andr. ibidem super glos. 4. ergo &c. Tertia. Ad essentiam le-
3 gis † multa requiruntur, quæ ponunt Doctores in l. humanum C. de leg. & Moderni in Rubr. de constit. quæ in decisionibus Rotæ non reperiuntur, ergo non habent vim legis. Quarta. In tantùm lex habet eius effectum, in quantùm constat de voluntate Principis volentis eam legem ab omnibus obseruari, vt not. in c. 1. de constit. [illegible] l. nec Dorotheum ff. de decur. sed non constat de voluntate Summi Pontificis volentis decisiones Rotę habere effectum legis, ergo tali effectu carent. Quinta. Lex vniuersaliter li-
5 gat omnes, sed decisiones Rotæ † etiã quòd Auditores haberent potestatem ordinariam statuendi stylum in Curia, non ligarent, nisi tantùm illos, qui sunt in dicta Curia, cùm concernent solùm inibi existentes, & causas, quæ in dicto loco tractantur, ergo legis auctoritatem non habent. Sexta leges

ad hoc, vt obseruentur debent scribi, & omnibus manifestari, sed decisiones Rotæ non omnibus manifestãtur,
6 quia Auditores † tædet ipsas elucubrare, atque ædere, quò fit, vt ignorãtia ipsarum excuset omnes, iuris autem ignorantia neminem excusat l. error C. de iur. & fact. ignorant. & c. ignorantia de reg. iur. in 6.

Sed contrariam opinionem puto de iure veriorem, pro qua verificanda
7 præsupponitur quòd stylus † pro lege habetur l. fin. C. de iniur. & sententia contra ipsum lata est nulla l. prolatã C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. Fely. in c. causam quæ el 2. in fin. de test. nu. 56. c. quam graui de crimin. fals. §. fin. instit. de satisdat. tut. Bart. in l. de quibus nu. 10. ff. de legib. Bald. in l. fin. C. quæ sit longa consuetudo, vbi expressè dicit talem obseruantiam haberi pro forma, & ab ea non esse recedendum, immò nec à iudice remitti posse, dicit enim Bald. in auth. iubemus in fin. & ibi Andr. Barbat. C. de iudic. stylum causarum posse pro iure allegari, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam, idem Bald. in tit. milit. vassal. qui contumax est. Guid. Pap. q. 262. & 292. Dec. consil. 11. num. 9. & consil. 699. num. 4. & seq. post Rotam, Abb. & Alexand. per eum adductos, Calcan. consil. 87. & 119. num. 2. & 3. Socin. consil. 39. num. 29. vol. 4. Ias. consil. 12. num. 63. & seq. & consil. 14. nu. 74. & seq. post Bald. Io. Andr. & Fely. per eum citatos. Boer. in tract. de auctorit. mag. consil. num. 107. Lanfranc. in repet. l. admonendi num. 3. & 4. de iureiur. Dec. post Abb. in c. ex literis in 7. not. de constit. Card. in clem. sæpe §. & quia in 6. not. de verb. signific. Ias. in l. 1. num. 2. C. de summ. trinit. & faciunt notata in c. fin. 20. distin. & per Francisc. de Pauinis in prælud. extrauag. Neuizan. in sylua nuptiarum in ver. monitoriæ in 2. ampliatione, vers. & etiam obseruat. Afflict. decis.
8 79. num. 4. sed decisiones Rotæ † faciunt stylum, ergo pro iure debent haberi, & ab omnibus obseruari. Minor probatur, nam decisio Aegidij 658. dicta compulsio, dicit quòd Audito-
9 res † habent totam Romanam Curiã pro territorio iurisdictionis quod est verum ad effectum vt possint statuere suas decisiones in Curia, quæ habent vim styli, & legis, sicut intelligit Sarnen. in Compend. vtriusque signat. col. 5. in vers. Prima quia propter. & Franciscus de Pauinis vbi supra, Dec. consil. 699. num. 5. Nec solùm in toto territorio, & districtu prędicto hic stylus tanquã ius prætoriũ, vt per Bald. in l. certum est nu. 11. C. vnde legit. & cognat. sed etiam vbi-
10 libet † ab omnibus obseruari debet. Dec. in c. auaritiæ nu. 9. de præbend. Spec. de appell. §. de officio num. 14. Menoch. consil. 51. nu. 36. & consil. 52. nu. 51. vol. 1. Fely. in c. quoniam §. porrò vt lit. non contest. Sarnen. in proœm. regular. glos. in c. non decet 12. dist. c. 2. de constit. c. nemo. & c. cuncta 9. q. 3. Anchar. consil. 53. nu. 2. Neuiza. consil. 61. nu. 14. & in sylua in materia monialium in 2. ampliar. Afflict. in constit. si quis in posterum col. 12. Hippolyt. singular. 118. incip. stylus. Angel. in l. fin. C. de cau. largi. lib. 12. quia stylus dicitur esse quid iuris, Rota decis. 16. de cõsuet. in antiq. ideo ab omnibus obseruandus. Confirmatur, quia peri-
11 tis † in arte est standum l. semel C. de re milit. lib. 12. Bald. in c. 1. col. 5. in fin.

fin. quib. mod. feud. amitt. Angel. in auth. de non alien. §. qnod autẽ. Anania inter consilia criminalia Zileti cõsil. 45. nu. 2. vol. 1. Cępoll. consil. criminal. 61. & 62. per totum. Bald. in l. septimo mense. ff. de stat. homin. Flor. in l. qui occidit. §. fin. nu. 3. ff. ad l. aquil. Marsil. in §. & quia nu. 18. & plur. seq. in sua pract. criminal. & c. significasti el 2. in ver. iudicio peritorum de homicid. & c. proposuisti de probat. Et illi in aliqua facultate pe-
12 ritiores † dicuntur qui examinati, & approbati fuerunt pluries, & examinibus rigorosioribus, vt per Fely. in d. c. ne innitaris in fin. sed Auditores sæpius, & rigorosius examinandi, & approbandi sunt, ergo sequitur quòd eorum voces magis pręualere debent, & eorum stylus ab omnibus obseruandus: quo argumentandi genere vtitur Fely. in d. c. ne innitaris in fin. Tantò magis, quia eorum voces, & stylus fundantur super iure communi, vt per Spec. tit. de rescript. præsentatione in princ. & vers. Item excipit quod continet: nam data contrarietate inter canones, seruatur illud quod est de stylo, vt notatur in c. illud de pręscrip. & c. ex literis de constit. & c. cum olim de consuet. & d. c. quam graui, tunc enim Auditores ex principijs naturalis rationis, & ex communibus axiomatibus vtriusque iuris determinant, quò fit, vt cùm omnibus Romanam
14 Curiam persequendum sit† tanquam scientiarũ, & totius mundi præceptorum nutricem, & quia Summus Pontifex habet iurisdictionẽ in omnibus, vt ex dictis in 2. capite patet, & in plurimis causis deputet istos eccellentissimos Iurisconsultos, supradicta diligentia electos ad huiusmodi opus, sequitur quòd ne dum in Curia eorum stylus, sed vbilibet obseruandus, &
15 imitandus sit. Cuius † tanta est efficacia, ut factum viuæ vocis oraculo D. Papæ valeat si constet secundùm stylum Curiæ, vt per Fely. in c. ex parte nu. 15. in fin. de rescript. Anan. in c. excommunicamus. §. quia verò in fin. de hæret. Et ideo literæ contra stylum Curiæ sunt suspectæ de falso c. cum teneamur de præbend. c. si quando de rescript. l. labeo. ff. de statu lib. ibi morẽ agentiũ sequi debemus, cùm semper pro ipso præsumendum sit, vt per Doct. in c. sicut de re iudic. Præte-
16 rea Communi † Opinioni est standũ, quia maior pars melius veritatem inuestigat, & facilius à pluribus sapientibus inuenitur c. de quibus 20. dist. c. 2. de stat. monach. ideo deficiente lege, sufficit allegare auctoritatẽ maiorem l. si idem cum eodem vbi Angel. ff. de iurisd. om. iudic. Et Communem Opinionem in iudicando, & consulendo sequi debemus secundùm Io. And. & communiter Doct. in c. 1. & c. ne innitaris de constit. Bart. Bald. & Salyc. in l. 1. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. & ideo Bald. & Paul. de Cast. in l. fin. C. de instit. & substit. sub condit. fact. dicunt quòd à Communi sententia propter nouas fantasias Bartoli non est recedendum Afflict. decis. 381. num. 2. Sed opiniones Ro-
17 tæ † propter eius auctoritatem communes reputantur secundùm Immol. & Andr. Sicul. in c. olim el 2. col. 11. ut lit. non cõtest. quos refert Sarnens. in procem. regularum q. 2. vers. quarto pro ista parte. Nam Cõmunis Opinio non ex numero Doctorum, sed ex pondere auctoritatis fit, vt dicit Alex. consil. 202. col. fin. vol. 7. Inde Glosis
18 † est adhærendum, dummodo illi qui sunt maioris auctoritatis sint cum glo-

ſatore Alex. conſil. 74. num. 24. vol. 4. quas ſemper in iudicando ſequi debemus prout latè Alex. dictis locis, ipſis enim inhęrendum, & nunquam errabimus, vt per Bald. in l. precibus col. 9. C. de impub. & alijs ſubſt. & Cyn. in l. nam de mortuorum. C. de cōtrah. & committ. ſtipulat. qui dicit quòd gloſator eſt idolum iuris ad Bald. in l. 1. ff. de vulgar. Angel. in l. 2. ff. de accuſat. Io. de Immol. in c. paſtoralis de offic. ordinar. Bart. in l. vt uim verſ. ſed quæro. ff. de iuſt. & iur. latè Franciſcus Curtius cōſil. 42. col. 7. uerſ. adhærendum eſt ergo Carrotio: Et intelligo tam de gloſis iuris ciuilis ad gloſ. in l. omnis definitio de reg. iur. quàm Canonici, quia Opinio Io. Andr. procedit ex fonte iuris, vt voluit idem Curtius conſil. 1. col. 4. verſ. dixit etiam Lap. & Angel. in repetit. l. ſi certis annis. C. de pact. quòd Ioan. And. eſt de-
19 ferendus † quoniam eſt iuris Speculū, & Abb. in c. de quarta de præſcr. dicit ſi Io. Andreas uoluiſſet decidere, non fuiſſet opus ꝙ multi ſcripſiſſent quæ ſcripſerunt, & Bald. in c. cum olim de re iud. dicit ſe conſuluiſſe aliàs ſecutū opinionē Io. Andr. fontem iuris canonici, quam dum habet non vult recedere à fundamento iuris: Tantò magis ſi cum gloſis erit opinio Bartoli,
20 † & Baldi, de quo dicit Bald. in l. ædita in repet. fin. C. de ædend. quòd fuit valdè capacis ingenij, & ſubtilis, & non fuit vnquam illi ſimilis: Et opinionis Bart. eſt adhærendum in contrarietatibus Doctorum Gram. deciſ. 63. num. 14. qui multa cumulat, & teſtatur quòd Hiſpani publica conſtitutione ſanciuerunt, vt in contrarietatibus Doctorū ſeruetur opinio Bartoli, & Iaſ. in l. admonendi de iureiur. dicit ſe eſſe ſolitum adorari ueſtigia Bart. quia ſemper habuit veritatem ante oculos, idem in l. ſi certi conditio. ff. ſi cert. pet. & in l. centum capuæ. ff. de eo quod certo loco. in l. frater à fratre. De cuius excellentia, & laudibus, uidendi ſunt Paul. de Caſtr. in conſil. 353. Fulgoſ. conſil. 280. & 226. Barbat. in reper. c. Raynutius de teſta. Alex. de Immol. in l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. Angel. in repet. l. 1. C. de iudic. Panor. conſil. 3. uol. 1. Per. de Anchar. in procem. 6. in princip. Rom. conſil. 469. col. 3. & 470. & de Baldi ſcientia, & Auctoritate quanta ſit, plenè refertur p tres colūnas in d. ſylua nupt. fol. 113. col. 2. & ſequentibus. Et ſi tanta fuit ſingularium opinionum auctoritas, quantam dixerimus totius
21 Rotæ? † vbi viri optimis diſciplinis inſtructi, & vndequaque doctiſſimi ex omnibus mundi partibus maxima conſideratione ſelecti ſunt? & delectorū poſtea peritia & eminens ſcientia ex multiplici Aduocatorum prudentum ſæpe de cauſis diſputantium concurſu augetur, atque experientia maxima inducitur: ſicut concluſerunt Moderni Hiſpani ad l. iura ſanguinis de reg. iur. & in d. tract. nupt. fol. 124. poſt Alexan. quem ibi allegant, & Sarnenſ. in d. quæſt. 2. allegata, unde Rota uberrimus fons canoniſtarum appellatur à Felyn. in c. quoniam. §. porrò colum. 4. ut lite non conteſt. Et dicit Alex. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ff. Sol. matrim. quòd volumen deciſionum Rotæ erat adeò magnum, quod vno curru uehi non poterat, de quorum etiam peritia teſtatur Aegid. concluſ. 57. Cui Rotæ ſacro, & integerrimo tribunali, ſacroq; Iudicio Curia illa ampliſſima Galliæ, eiuſq; Princeps, & Rex, & alter non minoris potentiæ, ditionis

ditionis, & maiestatis Hispaniarum Rex, & Reges omnes, & Imperator Christianæ religionis assertor libenti, ac hilari animo se supponunt, vt per Mandos. in tractat. regular. form. 14. in glosa Auditorio, meritò Rotam splendorem Curiæ appellare possumus & ita cæterarum orbis Curiarum arg. c. fin. de foro compet. Inde
22 enim † Speculatores, Felyni, Decij, cæterique patres scientiarum profecti sunt, Indeq; innumeri ad quæcunq; maxima totius dignitatum mūdi genera ascenderunt. Si igitur communis opinio non ex numero Doctorum, sed ex pondere, vt dictum est, auctoritatis reputatur. Quis Rotæ opinionem communem non reputabit? vbi inter alios Iurisconsultissimos Patres adest, Seraphinus, Oliuarius, cuius acrimoniam ingenij, doctrinæq; ordinem accuratissimum scientiam, atque auctoritatem indies omnes admirantur, cuiq; in quibuscūq; rebus maximis peragendis non Gallia sua modò, sed vniuersa etiam Italia primas sibi prudentiæ, & sapientiæ partes sine controuersia concedit. Qui veræ philosophię, ac iurisprudentiæ indagator, nulli persuadendi generi, ornatuiq, loquendi atque arguendi modo quantumuis difficillimo non studuit, & quicquid Christiano lumine intelligi potest, altius comprehendit. De cuius immensa gloria, quæ nulli totius mundi magnarum vrbium cedit, item de singulorum omnium totius orbis sapientum virtutibus, gestis, ac historia Theatrum Curiæ Romanæ nostrum vberius lo-
23 quitur. Et licet communis † opinio sequenda non est quotiescunq; reperitur falsa, vel potest conuinci probabilibus rationibus, iuxtà Ioan. Andr. & Panorm. in c. 1. de constit. & consil. 1. in fin. vol. 1. & in c. ex literis de sponsal. & in c. scientes de censibus, & in c. prudentia in princip. de offic. deleg. & in c. cappellanus de ferijs, vbi dicit non esse considerandum multitudinem sequentium vnā opinionem, sed rationes propter quas mouentur, & vbique adducit tex. in l. pen. §. sed neque ex multitudine auctorum C. de vet. iur. enucl. Et licite
24 possumus † iudicare contra Communem Doctorum, & Glosarum, quando iure non probatur opinio, vt per Abb. Panor. in cap. tua nos de vsur. & in cap. 1. vers. quarta species de postul. prelat. quia opinio Doctoris etiam Papæ non arctat, quamuis sit probabilis, vt per Innoc. in c. per tuas de simon. Tamen opi-
25 niones Rotæ † semper sunt amplectendæ. Primo quia Doctores facien-
26 tes Communes † faciunt eas per adhæsionem variorum doctorum, varijs, & successiuis temporibus factam, non communicato consilio, nec adhibita communi discussione, & ideo faciunt sicut aues, quarum quando vna volat, cæteræ sequuntur, vt dicit Dec. consil. 494. col. fin. Præterea cęteri Doctores opiniones dicunt vel pretio alliciti consulendo, vel causa instruendi iuuenes, & eorum ingenia acuendi in scholis legendo opiniones suas proferunt, & propria vtilitas
27 † facit homines à vero deuiare, & interdum contraria consilia dare, vt dicit Ias. in l. si ex toto §. fin. col. fin. de leg. 1. & Lectores etiam multa proferunt, quæ vera non sunt, sed causa ingenij, & vanę gloriæ, vt de Barbatia dicit Fely. in c. cæterum de
26 rescript. Sed in Rota † cùm causa sępius Aduocatorum, & procuratorum inter-

informationibus fuerit ventilata, & proprijs studijs Auditorum fuerit digesta, in Rota tandem discutitur, & ex communibus, & concordibus ipsorum opinionibus, Decisio conditur, vnde cùm magis præsumendum
29 † sit pro consilio alicuius collegij Doctorum, quàm pro alijs particularibus Doctoribus consulentibus, vt per Abb. in d. c. prudentia, sequitur quòd aliquo modo contra decisiones Rotæ iudicandum, vel consulendum non est. Secundo quia deficiente le-
30 ge † recurrimus ad rationem naturalem ad tex. cum glos. in c. fin. de consuet. & l. scire oportet §. sufficit de excus. tut. Ioan. Andr. in c. pastoralis de fide instrum. Abb. in c. venientes de censib. & c. querenti de offic. de leg. & Auditores nullam decisionem condunt nisi cum vrgentissimis rationibus, & quæ iure muniuntur, ideo pro argumentis necessarijs habendæ sunt c. ego solis. 19. distin. & contra eas iudicari non potest. Et licet argumentum necessarium ab habentibus potestatem legis condendæ constitui debeat, & Auditores tali potestate careant, tamen, attento quod faciunt stylum, vt est iam dictum, qui idem quod lex, & cum optimis, & iuridicis rationibus constitutus, sequitur vt argumentum necessarium dici oporteat, & permissio summi Pontificis, vim legis habere faciat. Tertio
31 quia adhanc communem † constituendam infinitus quasi est numerus Doctorum, nã Romæ vbi est Emporiũ scientiarum, & potissimum Iuris prudentiæ, existunt tot Iurisconsultissimi, quò ex omnibus mundi partibus aduenerunt, & antequam causa tractari incipiat, in ipsorum multis congregationibus trutinatur, atque sæpius discutitur, deinde alijs superadditis procuratoribus, & aduocatis informatur, ac ventilatur, & tandem in hoc sacratissimo Rotæ collegio penes hos duodecim viros vera opinio cócluditur, vt Procuratorum Aduocatorum, Auditorum, & Doctorum citatorum numerus sufficiens sit ad quamlibet communissimam constituendam.

Et defendendo prædictam opinionẽ non obstant contraria. Et primo dum dicebatur quòd sententia lata contra decisiones Rotæ non est ipso iure nulla. Quia imò etiam lata contra le-
32 ges † non est ipso iure nulla, vt scilicet quando habet duos intellectus, vt per Bald. in l. in ambiguo ff. de reb. dub. & glos. fin. in princip. in c. 1. de constit. in 6. Fely. in c. 1. num. 106. de constit. in antiq. latè Anton. Gabr. de sententia conclus. 7. num. 19. Præterea dicimus quòd non valet argumentum, quia etiam lata contra constitutionem extrauagantem valet, vt per Fely. in c. 1. de re iudic. & in c. pastoralis eod. & tamen extrauagantes sunt constitutiones generales.
33 Præterea dicimus quod † sententia lata contra decisiones Rotæ est ipso iure nulla quia faciunt stylum, & sententia contra stylum est ipso iure nulla Guido Pap. q. 292. vers. sed an sententia & sequitur Cassa. in consil. 68. num. 14. vers. Item potissimè quia. Gabr. d. conclus. 7. num. 17. Neuiz. consil. 61. num. 16. & 17. Nec obstat decisio Cassad. 17. de præbend. num. 3. quia imò dicit decisionibus Rotæ esse standum tanquam decisio-
34 nibus † magistralibus, vt inquit Card. in c. 1. de fide instrum. Rotæ imaginem, & stylum tutissimum est sequi in dubijs opinionibus. Rot. decis. 710. in antiq. in tit. de stylo Palatij.

tij. Neuiz. consil. 98. num. 4. Et tantò magis quia decisiones, prædictæ habent inclusas multas rationes legis, & sententia contra rationem legis est ipso iure nulla Butr. in c. ab excõmunicato col. 4. vers. tertio hoc verum de rescript. & Immol. in 7. col. vers. idem dicit eod. tit. Cyn. in l. 1. in princip. in 1. opposit. vers. ista tamen est vera lectura C. quãdo prouoc. non est necess. Nec obstat quòd decisiones prædictæ sæpe mutantur propter mutationem summorum Pontificum, quia ad varietatem temporũ
35 † debent etiam mutari statuta humana, quia lex debet conuenire tempori 4. dist. c. erit autem lex, hinc est quod nostrum ius non patitur antiquorum iurium rigorem, cùm nobis defecerint merita, & virtutes corporales 34. dist. c. fraternitatis, Ideo hodie ex simplici fornicatione clericus non deponitur sicut olim c. à multis de ætat. & qualit. & ideo Curia
36 Romana † sæpe mutat obseruantias suas propter mutationem summorum Pontificum, vt per Compostell. in c. 1. de elect. in 6. & Ioan. Andr. ibid. super glos. 4. qui dicunt quòd tempore Innoc. habebat locum illa decretalis, etiam quando appellabatur super beneficio vacante, tempore verò Alexandri Curia obseruabat contrarium, & postea iterum obseruauit Curia illud quod seruatum fuerat tẽpore Innocentij, quæ variationes sicut permittuntur in iure scripto, ita permitti debent in stylo qui super iure fundatur, & ideo ad euitandas huiusmodi difficultates stylus probandus est, vt per Paris. consil. 168. num. 5. vol. 4. & per Socin. in consil. 12. num. 8. & seq. vol. 1. qui facilius probari posset si Auditores eorum decisiones æderent, & ad publicum mitterent. Nec obstat tertio loco oppositũ, quia omnia quæ requiruntur in legibus condendis posita in d. l. humanum interueniunt in decisionibus condendis, licet autem non interueniat expressa voluntas Principis declarantis dictas decisiones pro iure obseruari, dicimus tacitam interuenire concedentis Auditoribus iurisdictionem in territorio ad effectum vt possint condere stylum, & scientis, & patientis. Nec obstant quarta, & quinta ratio cùm probatum sit quòd stylus Curiæ vbilibet est obseruandus. Minus obstant contrariæ auctoritates aliquorũ contrarium asserentium in 6. oppositione, quia optimis rationibus conclusionis veritas manifestata est. Nec quod vltimo loco allegabatur, quia partibus semper decisiones dantur in scriptis, & per manus omnium circumuoluuntur, licet propter diuersa exemplaria, infiniti in ipsis errores
37 reperiantur, Ad quos euitandos † Auditores deberẽt singulis annis eorum decisiones ædere, & omnibus manifestare, ita enim diuulgarentur per orbem, & notificarentur iuris peritis, ne sub eis præter culpam frustrentur Clientes, vt per Neuizan. d. consil. 98. num. 10. & ita possemus arguere à solitis ad Ias. in l. certi conditio §. si numos ff. si cert. pet. Quod vtinam facerent, vt contra decisionum errata multa, quæ in ipsis inueniuntur, susurrandi causa auferretur.

SVMMARIVM.

1 *Ad iudicandum quis debet se offerre.*
2 *Iudex debet esse præditus quatuor virtutibus Cardinalibus.*
3 *Iudex debet sedere, & quare.*

4 *Pru-*

De Conditionibus Iudicum tribunalium Vrbis. Cap. VI.



QVI ad tanti oneris, & iudicandi dignitatem se offerre
1 † vult Instar Isaiæ 6. cap. qui se obtulit ad officium prædicationis, vel ab aliquo Principum summo Pontifici supplicari cupit, vt proximis, iustitiam administrando, prodesse possit, (opus laudabile, & virtute præditum) dummodo ipsos subditos non habere desideret, hæc enim audacia, siue temeritas reprobatur ad clem. 1. §. porrò de sum. trinit. 17. q. 4. c. si quis, & clem. 1. de sepultur. sæpe sæpius qualitates optimi iudicis, de quibus præsenti capite loqui volumus, operæpretium est animo voluere, vt si ipsis decoratum cognoscat, & suo quodam iure licitè petat, & quæ sibi defecerint adipiscatur. Et si igitur cuilibet quatuor virtutibus Cardinalibus prædiŭ fieri incumbat, ante omnes necessarium
2 est iudici † sibi enim præcipitur, vt de mane vsque ad vesperum sedere
3 † debeat vt fiat prudentior, & iudicet populum, sicut exodi 18. legimus de Moyse, & Ioan. XIX. Pilatus sedebat pro tribunali, vt sententiam quamuis iniustam aduersus Iesum pronuntiaret, arg. l. quisquis in fin. C. de postul. & l. à procedente C. de dilat.

lat. in auth. vt ab illustribus §. sancimus, vt sit animo quieto, ac libero, & ab humanis affectibus defocato: sedenti enim & quiescenti prudentiori effecto ex Arist. 7. Physic. virtu-
4 tes cæteræ insunt † necessario, quia prudentia in Puppi sedens gubernaculum tenet hominum, dux omnium nostrarum rationum consiliorum, ac temporum, hæc deinde Respublicas, ac domos, quia etiam priuatam cuiuscumq; vitam in exemplar diuinum refert, nulla igitur virtus est sine prudentia, nec ipsa absque probitate, integritate, bonitate esse potest, nec prudens aliquis, nisi maximè integer, ac bonus, & in hac quæ perspicientia veri à Cicerone offic. 1. appellatur, inest omnis sapientia. Iudex igitur debet esse summus iurisconsultus, & integerrimus vir, omnis scientiæ cognitionem habens, iuxtà Bertac. in c. suscitatus de rescript. & in auth. de iudic. in princip. & c. 1. dist.
5 20. & Princeps † in ipsis asciscendis exquisitam debet habere diligentiam, & accurata circumspectione prouidere, vt viri optimi, ac prudentissimi assumantur, & necessitati, ac vtilitati totius orbis per ipsos cõsulatur, nam cùm inter Iudices aliqui, vt Auditores Rotæ, Item Clerici Cameræ Apostolicæ soleant ad summorum sæpius Patrum Cardinalium culmẽ promoueri. ante actæ vitæ laude, atque excellenti quadam, & rara meritorum commendatione, præ cæteris fulgeant necesse est, vt hoc amplissimo honore digni habeantur, siquidem eorum vita, ac mores cæteris exemplo esse debent, verba, ac responsa, pro oraculis, monita, ac præcepta ab vniuersis iuris prudentibus normæ, & regulæ rectè viuendi, rectèque sentien di existimari, & ab ipsis quasi iuris prudentiæ sapientissimis magistris, eiusdem disciplinæ forma suscipi. Quamobrem primum, & nobilissimũ
6 Iudicis † ornamentum est, si ipsemet quouis scientiarum genere exornatus emineat: dedecet enim tales sibi habere adiunctos assessores, vel consiliarios stipendiarios, vt non tam à consiliarijs, quàm à se ipsis tuto pendeat. Quò factum est, vt cùm prudentia non possit haberi nisi in ætate sani, & perfecti iudicij quæ est XXV. annorum l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. & instit. de legit. agnat. tut. in princip. & l. cum filio §. fin. de leg. 2. Cor. consil. 108. in litera c. vol. 3.
7 iudex † non possit creari nisi habeat viginti quinque annos: Et licet regulariter non possit delegari causa minori 20. annis, ad glos. in §. cum autem in l. cum prætor ff. de iudic. & l. quidam ff. de re iudic. Spec. de iudic. de leg. num. 2. Et ordinarius non possit esse, nisi vigesimum quintum annum attingerit c. cum in cunctis de elect. & l. ad rempublicam ff. de muner. & honor. Tamen Auditores Rotæ ex quo simul ordinarij sunt, & delegati, vt plenius probatum est supra, hac ætate XXV. anni saltem debent promoueri. Et pro hac re considero quod etiam in iure reperiuntur quatuor
8 ætatis species, altera quæ est vsque ad 12. vel 14. annos, vt l. pen. C. de impub. & alijs subst. & l. quidam C. de iure delib. & dicitur impubertas: Secunda vsque ad XXV. & dicitur adolescentia l. non aliter in fin. ff. de leg. 3. exinde vsque ad LXX. dicitur iuuentus d. l. non aliter in fin. abinde senex, vel senium l. maiores ff. de iure immunit. quia vita hominum regulariter non excedit centum annos

l. fin. C. de sacros. eccl. Card. in clem. 1. de reb. eccl. non alien. Spec. de probat. §. 1. vers. quid si testes Corn. cons. 341. col. 1. litera N. vers. & non præsumitur vol. 1. Sed in diuersis mun-
9 di † ætatibus tam diuersa fuit humanæ vitæ duratio: Siquidem in principio mundi vita vltra nongentos extendebatur annos, post diluuium verò, Dominus constituit ætatem centū annorum Genes. 6. quod intelligendū est secundum bonam valetudinem, & fortitudinem complexionis, quia & Iacob illum terminum excessit, erat enim CXXX. annorum cùm ingrederetur in Aegyptum, & vixit CXLVII. qui & post diluuium fuerat, post quem igitur centum, & viginti annos sani, & robusti viuebant Genes. 25. & 55. A tempore autem diluuij vsque ad Dauit nongentis quadraginta annis intermedijs secundùm Hebræos tanto interuallo mutatæ sunt ætates, quia Psalm. 89. dicitur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, & potentatibus octoginta, & amplius eorum labor, & dolor: Aetate verò nostra per annos X X. videtur facta declinatio, & ideò tertia ætatis species scilicet iuuentus, vel ab alijs vocata consistentia dicendum est quòd hodie durat vsque ad quadragesimum quintum annum, ab inde verò ad sexagesimum senectus est, inde verò si qui supersunt anni in valdè complexionatis, & in prouidis, & temperatis viris, certè labor, & dolor sunt. Et redeundo ad propositum dico, quòd ideo ætatem iuuentutis
10 † seu consistentiæ iudicandi officium requirit, nam cùm pueritia incipiat ab extremo humido ad opus ineptum & demum aucto calore diminuitur humidum, donec reuertatur ad temperamentum naturale, quod est in iuuentute sicca perfectum, tunc cùm intellectus humido superabūdanti nō sit offuscatus, rectè speculari poterit. Cui addes labores, qui optimè ea ætate exerceri possunt, experientiam, quam ex continuis laboribus adipiscū tur, sensus etiam ab extrema humiditate deputatos, & in eadem ætate omnia concurrentia, Iudicium, atque perfectum discursum causabūt. Quod & si sanctius, & maturius propter plurimas experientias possit in vlteriori ætate obtineri, tamen quia diminuitur calor, & humidum fit maius in ætate ante senectutem, speculatio, non ita pspicua causari poterit, vt verificetur illud Aristot. 2. met. quantò iuniores, tantò perspicaciores, & tandem diminuto calore, & aucto extremo frigido, humidoq; resoluto, marcescit homo in senio, & mors aduenit. Ante XXV. annum per multos annos potuit postulare, vt latè per Spec. tit. de Aduo-
11 cato, cuius officium † exercuisse necessarium est Auditori, quia debet Procuratorum cauillationes, & versutias callere, vt eos qui verborum figmenta fabricant, cautis interrogationibus captet, vel sibiipsis contradicere ostendat, vel eos apertè mentiri, & fallacias astruere patefaciat: Et cùm postulare in iure sit alicuius ius, & legitimam causam expressis demonstrationibus ostendere, firmis rationibus, & auctoritatibus comprobare, & statutis legibus in iudicio coram iudice tueri, & defendere l. 1. §. postulare, ff. de postuland. c. infames §. est autem postulare 3. quæst. 7. In aduocando
12 enim maximam proportionem † cum iudicibus nanciscuntur, stylum enim fori, experientiam, & praxim non dum sunt consecuti, & procedendi modum

modum nec satis tenent, qui quotidiana obseruatione, & vsu acquiritur: nam praxis non studio, sed exercitio proprio paratur, & ab exercitio nanciscitur experiētia c. quam sit de elect. in 6. vbi glos. Et quia omnia quæ optimos quousque aduocatos plurimùm commendant, & quæ ipsi necessario obseruare debent, si dignè suo munere fungi velint cum ipsis iudicibus cōmunia sunt: Ambo enim debent causas exactè cognoscere, vt cuius causa ipsis videbitur potior & in iure, ac ratione iustior, eam amplectantur, & tuendam suscipiant, cuius verò iniquior, & à iure, & à ratione remotior, eam reijciant, & deserant, & nullo modo contra iurium æquitatem protegendam suscipiant. Imò Aduocatus huic parti diligenter persuadeat, ne litem incipiat, sed inceptam potius deserat quàm contra iura dimicare pergat l. aduocati C. de aduoc. diuers. iudic. Secundo ambo gratiosè se gerant in verbis, & sermonibus. Tertio vt in stipendio, & mercede recipienda sint æqui, & honesti, vt constitutam mercedem non excedant, neque improba petacitate partes vrgeant, aut sollicitent ad indebitam laboris mercedem. Quarto nec vllam conuentionem cum partibus ineant, aut paciscantur cum illis de vlla bonorum participatione consequenda, l. si qui aduocatorum C. de postuland. Hæc enim cupiditas, seu auaritia
13 † auri sacra, & exitialis fames, & numerum consequendorum ardens appetitus, quorum gratia sententia aliquando differtur, aut acceleratur, aut iniqua sententia contra inopem nihil numerantem pronuntiatur fugiēda est, quia Idolorum est seruitus iuxtà Fulgos. in consil. 6. in fin. & in senectute iuuenescit c. cum in iuuentute de præsumpt. Card. in clem. in plerisq; quæs. 6. de elect. & in clem. 1. in princip. de regularib. & contra auaros multa dicuntur in iure, quæ ponit Spec. de instrum. ædit. §. 4. ver. idem cum panis, & à iudice debet esse aliena, quia iudex corruptus pecunia dicitur facere simoniam, & tenetur in sindicatu l. obseruari §. proficisci ff. de offic. proconsul. & leg. & tenetur filio l. in hæredem ff. de ca-
14 lumniat. & dicitur pecuniam † recepisse qnandocunq; commodum bursale senserit l. 1. §. pecuniam ff. de calumniat. & tenetur de calumnia, etiam si receperit pecuniam extra iudicium l. si quis §. cum publicanus vbi Bartol. eodem tit. & dicitur facere Baratariā secundùm Archidiac. in c. non recte 11. q. 3. & not. in l. 3. §. fin. ff. de condit. ob turp. caus. Cępoll. cautel. 129. & Exodi 23. væ qui iustificatis impiū pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo, & Isaiæ 5. iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate: Eripite pauperem, & egenū de manu peccatoris liberate Psal. 81. quia Xenia, & dona excęcant oculos iudicum Eccles. 20. noli igitur imitari filios Samuelis, qui peruertūt iudicia sequētes auaritiam, & accipientes numera 1. Reg. 8. non enim proderūt tibi Thesauri impietatis, sed iustitia, liberalitas. Prouerb. 19. neque secteris iniustum Achab, qui ob auaritiam occidi iussit innocentem Naboth 3.
15 Reg. 21. Aduocati item † & iudices debent esse pauciloqui, ne ob multiloquia differrentur, & reiectari possint, præstat enim pauca quædam, & pertinenter dicere, quàm multa indebitè coaceruare, & impertinentibus verbis astantium aures offendere

l. tanta §. contrarium vers. deinde C. de vet. iur. enucl. & c. cum sit ars de ætat. & qualit. Spec. de libell. concept. §. 8. num. 16. Item debent dicere verum, quia ex ipsorum oribus nihil prodire debet, quod verum non sit, & in iure fundatum esse probatur, nec falsas allegationes dolosè pro veris asserere. Item debent illa proponere, quæ materię, & proposito seruiant. Item debent aduocati cum iudicibus in conclusionibus conuenire, nec conclusiones tam pręcisè statuere, vt iudici non liceat ipsas excedere, aut aliter decernere, vel iudicare. Secundo loco de iustitia, Iudex enim
16 debet esse iustus † sicut Deus Psalm. 7. Deus iustus iudex, fortis, & patiēs, & Psalm. 50. annuntiauerunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. & 2. ad Timoth. 4. reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex: Itaque vtrique partium intentos habeat oculos, cùm iustitia bifrons depingatur, debet enim vtriusq; partis causa æquè, ac benignè cognoscere, & absque delectione personæ quicquid fideliter, & incorruptè iudicare Leuit. 19. non consideres personam pauperis, neque honores vultum potentis, sed iustè iudica proximo, & Deuteronom. 1. nulla erit distinctio personarum, ita paruū audietis vt magnum, nec excipietis usque personam, quia Dei iudicium est, & Psalm. 40. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus, & Psal. 105. beati qui faciunt iudicium, & iustitiam omni tempore. Qui iudicat in veritate pauperes thronus eius in æternum firmabitur. Prouerb. 29. Iu-
17 sti autem Iudicis † septem erunt cōditiones scilicet vt diligat iustitiam, & odiat iniquitatem Psalm. 10. iustus Dominus, & iustitiam dilexit, & Psalm. 5. odisti omnes qui operantur iniquitatem, Item vt non sit surdus ad clamores oppressorum Exodi 22. viduę, & pupillo non nocebitis, si lęseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamores eorum, Item vt causę clamores audiat, & ad tribunal suum admittat, etiam si oppressi ipsi non clament Genes. 4. Cain quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, Item vt in iudicio nec personam, nec munera spectet, sed ex ęquo tam pauperi, quàm diuiti iudicet Deuteronom. 10. Deus personam non accipit, nec munera, facit iudicium pupillo, & viduę, Item vt sententiam pronuntiet, & quę causæ veritati respondeat, hoc est vt rectum, & iustum sit iudicium Psalm. 118. Iustus es Domine, & rectū iudiciū tuū, Item vt non solùm pronuntiando iudicet, sed etiā vt iudiciū suū exequatur, insontes liberās, & malos puniens Matth. 2. caueat ne Herodis Innocentes puerulos impiè trucidet truculentiam inuitet, ne ipsum quidem Dauit, qui innocentem Vriam occidi iussit, & Hierem. 22. iudicium, & iustitiam facite, & liberate vi oppressos de manu calumniatoris: Mendacium fugies, innocentem, & iustum non occides exodi 23. & à tribunali tuo procul secessat illa truculenta immunitas, quàm Deus insectatur ecclesiast. 4. vidi (inquit) calumnias, quę sub sole geruntur, & lachrymas Innocentum, & neminem consolatorem, & auxilio destitutos eorum violentiæ non posse resistere, quos tam immites iudices Deus maledictos pronuntiat, qui percutiūt animam sanguinis innocentis Deuteronom. 27. Item vt in executione iudicii talem clementiam præ

ſtet, ne in ipſo vlla crudelitatis ſpecies appareat, ſed magis ſpectet adhoc, vt non mox perdat quos iudicandos accepit, ſe l. quantum fieri poteſt ſic iudicet, vt quos ſeruare poteſt, ſeruet, quæ quotidianis exemplis notiora exiſtunt, & quamuis non ſtatim iudicet, ac pro meritis puniat, non ob hoc iniuſtè agit, quia non tantùm eſt iudex, ſed etiam Dominus: ſi tamen hoc faciet, iure permittente faciat; quia ſi cauſa committitur, vt delegatus
18 procedat ſecundùm eius conſcientiam, debet intelligi de conſcientia lege munita, ac publica, & ſic de ea quã habet, vt publica perſona, tanquàm iudex, non tanquàm priuata. Alex. latè conſil. 218. per totum vol. 2. Bald. cõſil. 298. num. 3. in primo. Corn. 137 in 2. Iaſ. in §. ſed iſtæ num. 146. & ſeq. de action. Pariſ. conſil. 15. num. 21. in 4. Hippolyt. 15. num. 17. Iaſ. 10. in fin. & Felyn. in c. ex parte nu. 2. de offic. deleg. dicit quòd Iudex debet procedere ſecundùm æquitatem iuris, & non ſecundùm æquitatem informatam à iure naturali, nam illius æquitatis habenda eſt ratio, quæ non ſolùm ex naturali iure gentium, ſed ex præceptis ciuilibus, & prætor ijs exiſtimatur l. bona fides ff. de poſtuland. hæc enim æquitas plena, & abſoluta, & legalis dicitur, illa verò imaginaria, vt ſcribit Pariſ. de feud. tit. 1. §. 41. num. 86. & ſeq. expedit enim iudici
19 † duos ſales habere ſ. ſcientiam, & cõſcientiam, nec conſcientia propria debebit eos mouere, quia non ſumus in foro pœnitentiali, ſed iudiciali, qui fori differunt in ſpecie propria, ſicut Sacerdos à magiſtratu, qua ratione gloſſ. in c. paratus. 23. q. 1. in verſ. ſecundùm leges concludit quod Iudex
20 † debet iudicare ſecundùm leges, & non ſecundùm mentem animi ſui, idẽ gloſſ. in c. iudicet 3. q. 6. Spec. tit. de ſentent. §. qualiter. col. 1. Bald. in l. ampliorem col. 2. verſ. item quæro C. de appellat. latè Iaſ. in l. 2. col. 2. ff. de in lit. iur. Carrer. in ſua pract. num. 144. multa congerit Couar. var. reſol. cap. 1. & Dec. conſil. 1. à num.
21 39. ad 48. Præterea iudex † debet eſſe fortis, non enim in iure dicendo alicuius potentioris indignationem, aut vim pertimeſcere debet, ne ex illius motu ipſam cognitam veritatem apertè contra tales potentiores loqui, aut differamus, aut plenè negemus, quod planè peccatum mortale eſt, inquantum retrahit ab eo quod neceſſariò faciendum eſt ſecundum S. Thom. 2. 2.
22 q. 125. Timor † autem non reddit actum ipſo iure nullum, ſed annullandum, vt per Bald. in tractat. Sciſmat. col. 6. & l. 1. ff. de eo quod met. cauſ. & 15. q. 6. auctoritate. & 22. q. 4. inter cætera. Card. in c. 2. §. ſanè de pen. Fely. in c. præterea de ſponſ. col. pen. circa fin. verſ. regulariter. Hoſt. Abb. Ioann. And. & Innoc. in c. quoniam Abbas de reſcript. & in c. Abbas quod met. cauſ. per c. accedens de procurat. in 6. Bart. in l. dolo C. de inutil. ſtipul. gloſſ. in c. quatuor 11. q. 4. & l. 1. C. de ſent. ex peric. recip. & l. fin. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. & in l. ſi duobus §. 1. C. de leg. & leg. cũ non ſolùm §. neceſſitate C. de bon. quæ lib. Inſuper debet eſſe patiens
23 † & modeſtus in audiendo, & viſus, manuum, aut alterius corporis partis leuioribus carere motibus, ne Aduocatum ridere videatur. Motiua ſua ita humanè partibus narrare, vt licet ipſis ſatisfieri non poſſit, ipſis conuincti ſe meritò diiudicatos fateantur. Item
24 temperatus † & ſine peccato, quia propter

propter peccata nescimus dubia causarum dissoluere, ad Bald. in c. quia procutator col. 6. de elect. Afflict. decis. vltim. in fin. Aym. consil. 15. nu. 1. in princip. Item Iudex his schalis
25 † ad prędictarum virtutum perfectionem, atque dignitatis culmen ascender, quæ sunt Continentia, Grauitas, Constantia, Seueritas, Auctoritas, Dignitas, Amplitudo, Splendor, Gloria.

Debet esse continens in quibuscunque actibus, tam in audiendo, quàm in sedendo pro tribunali, nec debet ri
26 dere, † & si contrarium facit, potest expelli 5. q. 4. licet, nec quando audiunt informationes debent ab informando interrumpere, & pertransire ad verba otiosa, vt dicit Greg. in registro lib. 1. cap. 1. Item grauis, & quádo Aduocatus loquitur, ipse debet tacere. Ecclesiast. 9. vt cum taciturnitate intenta, & Isaiæ. 22. verba sapientum, seu iustitiæ, aut consilij, potissimùm iurisperitorum in silentio sunt audienda, hoc enim modo si fuerit intentus, veritas nõ supprimetur subtilitatibus Aduocatorum, quo casu obseruare debet dictum Pauli ad Thimot. 2. cum moderantia corripe eos, qui veritatem absorbent, vt per Bald. in l. in rebus col. 3. C. de iure dot.
27 Item constans, ideo debet diu † deliberare, quia tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus 50. distin. ponderet, & duo pręcipuè sunt contraria consilijs festinatio, & ira, vt dicit Senec. in prouerb. & vbi furor, inde intellectus abest, vt not. in l. 5. C. vnde vi, & per Bald. in c. clerici de vit. & honest. cleric. ex quo infertur quòd non est constans animi, qui se ad impetum mouet, vt per Bald. in c. 1. col. 5. de re iudic. allegat l. 2. C. de sentent. ex breuit. recipien. & velox consilium sequitur pęnitentia, vt per Aristot. 2. polytic. & per Abb. in c. ad apostolicam de regular. & 6. q. 1. quanto, & 2. q. 1. Deus, & 11. q. 3. summopere. Nec erit increpandus
28 † de inconstantia si ante cõsummationem actus consilium reuocat, & in melius reformat, sed potius est de sapiẽtia commendandus c. cum cessante de appellat. nam magna sapientia est reuocare quod male locutus fuit 23. q. 4. c. magnæ, & c. qualiter de accusat. Dyn. in c. mutari de reg. iur. in 6. & in auth. de nupt. §. 1. & 12. q. 1.
29 certe. Item debet esse seuerus † ne prętextu amicitiæ, aut dominationis, aut inimicitiæ, aut familiaritatis, amoris, aut odij, aut auaritiæ peruertat humanum sensum, 3. q. 5. accusatores. 11. q. 3. quatuor c. æterni tribunal de re
30 iudic. in 6. Amor quidem † est delectatio cordis ad aliquid propter aliquid per desiderium currens, atque per gaudium requiescens: per desiderium in appetendo, per gaudium verò in fruendo, is autem est recti iudicij hostis, comparatur enim furori ad gloss. instit. de success. sublat. §. 1. in vers. bacchatum, & in auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. illud quoque, Salyc. in l. 1. C. de Senatusconf. claud. col. & ideo in iudicijs solet efficere, vt non libenter contra propinquum amicum, aut quem aliquo amore prosequimur pronuntiare velimus, sed ei optata potius, etiam contra æquitatẽ desiderentur, quibus amicus, quàm
31 veritas est carior. Odium † autem est dissonantia appetitus animalis, aut rationalis ad apprehensum, vt disconueniens secundùm S. Thom. 2. 2. q. 29. ideo est adeò efficax mentis affectus, vt sincere veritatis cognitæ iudicium sternat, turbet, atque peruertat,

adeò vt quod verum, & rectum quis putauit, pro eo quem odio, aut inuidia prosequitur benignè pronuntiare recuset, & plus est quàm ira, quia odio alicuius appetitur malum absolutè, ita verò in quadam mensura sub ratione iusti, & punitionis, Iudex igitur seuerus in ista non incidat ne suam æquitatis sinceritatem per istas passiones inquinare permittat, neve rectũ, & stabile iudicium contra mentis cõscientiam, aut Dei voluntatem, impudenter collabascere sinat, aut affectibus corruptus iudicium peruertat, & indigna iudicet. Item auctoritatem
32 habere debet, quam † vel ex antiquitate consequatur, vt per Bald. in l. exẽplo C. de probat. & in sacra scriptura senes dicuntur sapientes 84. dist. porrò: habent enim multas virtutes, quas ponit Aegid. de regimin. Princip. par. 4. Afflict. super constit. libr. 1. rubr. 45. num. 54. vel ex maxima sciẽtia, ex qua etiam dignitatem, amplitudinem, & splendorem acquirunt.
33 Ideo sibi inscitia † maximè vitanda est, quam Plato 3. lib. de legib. ciuitatibus perniciosissimam vocat, hæc enim iudicium non excusat. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. in princip. & Cic. 4. lib. de inuent. Imperiti enim per imprudentiam facillimè deducũtur in fraudem, & Arist. 3. Ethic. homo per ignorantiam fit iniustus, & multò maius beneficium confertur si anima ab ignorantia, quàm si corpus ab ægritudine liberetur, vt per Plat. in Hippia. Et intelligo ignorantiam illarum rerum sine quarum scientia, actum debitum, qui ad eius statum, vel officium attinet, exerceri nequit, iuxtà S. Thom. 2. 2. q. 76. art. 2. aliter enim in foro conscientiæ
34 peccant mortaliter, & in foro † ciuili faceret sibi litem. Vnde Bald. in l. 2. col. fin. versic. scias tamen C. de sent. ex peric. recip. dicit q̃ Iudex debet habere duos sales, vnum sapientiæ, ne sit insipidus, alterum rectæ conscientiæ ne sit diabolicus. Quamobrem iudex multiplicem, & variam habens rerum cognitionem, verborum, & sententiarum flumen, splendorem in loquendo, facilitatem in interpretando, & grauitatem in iudicando, amplitudine, & splendore præditum esse
35 non est ambigendum. Gloria † secundùm Senecam epist. 80. est vmbra virtutis, quæ etiam inuitos comitatur, decet enim cum tanto onere, totque laboribus adiunctum esse honorem, laudem, & gloriam c. pastoralis ibi exonerare ff. de offic. deleg. Abb. in c. si contra vnum in ver. probari de offic. deleg. per text. in l. munerũ §. indicandi ff. de muner. & honor. quia in qualibet dignitate principaliter versatur onus, ad quod mitigandum, & munus publicum sufferendũ defertur dignitas l. 3. §. 1. & ibi glos. ff. quod met. caus. & c. dilectus ibi ne iudicialis euanescat auctoritas de pœn. & c. qui Episcopatum 8. q. 1. & ratione eorum quę administrat debetur sibi honor, & gloria l. omnem honorem, C. quand. prouoc. non est necess. vbi Bald. & Salyc. in l. iudices, & ibi Luc. de pœn. & l. pen. C. de veter. lib. 12. alios cumulat Dec. in c. vt debitus honor de appellat. vbi gloss. Abb. in c. aduersus col. 2. vers. vltim. not. de immunit. eccles. Et quia ipsũ
36 Principem representant † debent ab omnibus salutari. Signorol. in consil. 108. col. 1. vers. redeo ad primum per text. in l. item eorum §. decuriones ff. quod cuiusque vni. nom. & l. 1. §. à præfectis de leg. 3. & l. si ex dolo, & l. muni-

l. municipibus ff. ad municip. & l. pupillus §. decuriones ff. de verb. signific. illos enim honorat Princeps, quia illis assurgit ad tex. in l. cum salutatus & ibi gloss. & Ang. in versic. processisset C. de sent. pass. vbi Imperator salutatus à suis consiliarijs aliquantulùm assurgit, Felyn. in rubr. de maior. & obed. col. 4. ante fin. Barbat. in tractat. de præstant. Card. in prim. quęst. col. 22. in fin. vers. quinimò bellissimè, ideo ab omnibus honorandi sunt, vt l. restituendæ C. de aduoc. diuers.
37 iudic. & contrafacientes † incurrunt pœnam quasi sacrilegij iuxtà Io. de Plat. in l. 1. C. de domestic. lib. 12. & l. 1. C. vt dignit. ordo ser. Tum etiam quia valdè disciplinati sunt ab omnibus honoribus attollendi l. sed & reprobari §. amplius vers. valdè tamen ff. de excus. tut. Quamobrem, vt tanti muneris amplitudo ea qua decet obseruantia, apud cunctos mortales honoretur, certè amplissimis huius honoris insignijs ij demum decorandi videntur, qui eximia eruditione, innocentia, ac sanctitate, & omni virtutum genere à verò solidorum bonorũ largitore Deo O. M. supra cæteros fuerunt illustrati.

SVMMARIA.

1 *Clerici, aut Prælati non prohibentur suscipere titulos.*
2 *Tituli sunt permissi diuina, & humana lege.*
3 *Sacerdotes quare instituti.*
4 *Imperator debet honorare Prælatos.*
5 *Cardinales sunt post Summum Pontificẽ. & num. 8.*
6 *Cardinales sunt Illustres.*
7 *Illustris, & Illustrissimus idem sunt.*
9 *Cardinales dicuntur Reges. Illustres secundi ordinis.*
10 *Auditores Rotæ sunt Illustres, & num. 17.*
11 *Successerunt in locum decurionum, & num. 14.*
12 *Quare dicuntur patres.*
13 *Decurionum duo sunt genera*
15 *Auditorium Pontificis dicitur sacrum.*
16 *Auditoribus Rotæ, qui Principes se submittant.*
18 *Referendarij VV. SS. sunt Illustres.*
19 *Illustriores post primum gradum qui sint in Rom. Curia.*
20 *Auditorũ alij sunt in tertio, alij in quarto gradu Illustrium.*
21 *Referendariorum officium olim in maximo pretio.*
22. *Ordo literæ in multis casibus non attenditur.*
23 *Princeps non præsumitur velle facere gratiam in præiudicium tertij.*
24. *Prothonotarij sunt antiquiores Referendarijs.*
25 *Consuetudo in titulis, quando locum habeat.*
26 *Prælati Rom. Curiæ omnes dicuntur Reuerendissimi.*
27 *Tituli clericorum an reuocari possint, per leges Principum Secularium.*
28 *Princeps Secularis si imponit legem laicis non ligat clericos.*
29 *Leges positæ in titulis de sacrosanctis ecclesijs & de episcopis & clericis sunt nullæ.*
30 *Pontifex debet consuli in moderatione titulorum clericorum.*
31 *Senator Vrbis est spectabilis, & alij Iudices infimi.*

De

De Titulis Magistratuum Tribunalium Vrbis. Cap. VII.



Onsequens est videre quibus dignitatis titulis, Vrbis hęc tribunalia magistratus decorent, cuius occasione intendo de singulis Curiæ titulis, prout iuris est decernere. Præmittendum est igitur nullo iure Diuino, aut Pontificio prohiberi Clericos, aut Prælatos
1 † suscipere ab omnibus huiusmodi titulos, illisque se se inuicem honorare secundùm vniuscuiusque gradus prærogatiuam in signum honoris, & reuerentiæ, quæ prælatis, & superioribus debentur l. libertas ff. de star. hom. cum alijs per Felyn. in c. ecclesiâ S. m. q. 6. de constit. & Alexand. post alios in consil. 149. num. 12. vol. 6. quòd omnis habitus honestus iuxtà gradus prærogatiuam dicitur conueniẽs Clericis, qui non sit à iure, vel
2 consuetudine reprobatus: tituli † enim non solùm non sunt diuina, aut humana lege prohibiti, immo verò diuina lege permissi, ecclesiast. 7. honorifica sacerdotes, & in medio fratrum rectorum eorum in honore, & exodi 28. in principio, facietis vestem Aaron in gloriam, & honorem, quibus sanctificatus ministret mihi, & 94. dist. dominus, Cyprianus ex dictis procedere
3 ostendit, vt Sacerdotes † legitimè, & plenè honorentur, tanquàm ideo instituti, & vocati ministri, seu mediatores inter Deum, & Populum, vt latè cumulat Cassan. in Tract. glor. mun. par. 4. consid. 2. 4. & 6. honestas enim & reuerentia computatur inter iuris præcepta l. iustitiam §. 1. ff. de iust. & iur. & §. iurispræcepta instit. eod. cum alijs per Aym. de antiquit. temp. part. 4. num. 120. ante fin. & de reuerentia Episcoporum, & aliorũ parentum l. 2. §. prætor ait, & ibi plenè notatur ff. de in ius voc. Et propterea Innoc. 3. in c. solitæ de maior. & obed. conqueritur de Imperatore
4 † Constãtinopolitano, quòd Patriarchã suum, cui assurgere debebat, minus in sedendo honoraret, quàm esset conueniens, & tamen Imperator non omninò inhonoratum relinquebat Patriarcham, cùm apud se, licet in sinistra parte, sedere faceret, quod non est modicum honoris signum vt dicit Cassan. part. 1. consid. 11. & 12. & de consuetudine, & stylo adorationis pedum, & deosculatione manus Episcoporum bene Iosephus Stephanus in tractatu quem in spetie ædidit de eorum institutionibus. Et quia post
5 Summum Pontificem † nullus maiori honoris, ac dignitatis luce præfulget, præter Cardinales, vt dicit Host. quẽ etiam sequitur Io. And. in c. dilectus el prim. de præbẽd. Ideo de ipsis primo videndum est, an sint Illustrissimi
6 † Doctores autem expresè in l. 1. ff. de offic. eius cui: conueniunt quòd sic
7 Illustris † autem, & Illustrissimus in iure quandoque pro eodem vsurpantur, vt notat Ias. in l. 1. num. 2. ff. eod. sunt enim Senatores, & patritij, iuxtà textum in c. ecclesiam habet 16. q. 1. cum alijs per Anchar. consil. 116. & Rom. consil. 498. & Dec. in c. canon. statuta in 2. lect. num. 2. de cõstit. latè Lancellott. Corrad. in suo templ. iudic. lib. 2. cap. 2. q. 1. num. 18. Et Senatores, & Patritij. in numero superIllustrium, qui est primus ordo dignitatis ponuntur à Doct. in d. l. 1. vt per Ias. num. 2. & Dec. num. 6.

Et cùm hodie communi omnium sen-
8 tentia Cardinales † excedant Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, vt latè idem Lancellott. d. c. 2. §. 3. conueniens est, vt aliquo insigniori titulo ab illis distinguantur, cùm honor qui debetur ratione eccellentiæ sit diuersus secundùm diuersitatem eccellẽtiæ iuxtà Sanctum Thom. 2. 2. q. 81. art. 4. Cardinales enim & Papa iudicant, & regunt totum mundum, vt per Host. in c. dilectus el primo de præbend. ex quo inferebat quod di-
9 cuntur Reges † quia Papa cum eis regit mundum, vt Barbat. in tractat. de præstant. Cardinaliũ q. 1. num. 24. & sicut Cardines cœli sunt polus articus, & antarticus, super quibus mouetur cœlum, & Cardines hominis super quibus versatur tota conuersatio hominis, & sine quibus homo simpliciter bonus esse non potest, sic Cardines humanæ gubernationis totius mundi, sunt Cardinales, vnde denominationem assumpserunt, iuxtà Ios de Lignan. in tract. de bello in rubr. an fortitudo sit virtus Cardinalis, quem refert, & sequitur Barbat. de præstant. Card. q. 2. num. 12. & Archidiac. in c. sacrosancta dist. 22. & sicut domus habet Cardinem, & ostium, sic ecclesia habet ostium. i. Papam, qui est ostium Dei, & ecclesiæ, & Cardines s. Cardinales, quibus regitur, quorum consilio Papa omnia gubernat. 19. dist. c. Anastasius, quod etiam probababatur in veteri testamento, vbi summus Sacerdos adhibebat consilium Sacerdotum leuitici generis, nec exprimebat ardua sine eorum consilio Deuteronom. 18. & c. per venerabilẽ qui fil. sint legit. Cùm autem quinque sint Illustrium ordines l. 2. C. vt dignit. ord. seruet. post Cardinales qui in primo existunt ordine, sequuntur in secundo Auditor Cameræ, qui propter supremam eius potestatem, & maximam, quam dixi, iurisdictionem, etiam in Imperatorem, Cardinales, & Reges, Præfecto prætorio æquiparari debet iuxtà tradita per Cassan. d. tract. part. 7. consid. 17. propè fin. & Spec. de iurisd. omn. iud. §. 1. nu. 5. Item Gubernator Vrbis, qui successit præfecto Vrbis, est Illustris, sicut & ille erat l. viros C. de palatin. sacrar. largit. lib. 12. gloss. in l. 2. in verb. viri C. vbi Senat. vel Clariss. & in auth. vt ab Illustribus in ver. magnificentissimos. Dec. in l. 1. num. 3. ff. de offic. eius. In tertio ordine dicimus Audito-
10 res Rotę † quod vt clarius fiat, pręsupponendum est, quòd in iure Decuriones sunt Illustres, ad l. 1. C. de silentiar. & decur. lib. 12. quia connumerantur inter Comites qui adorant, & salutant Principem, vbi Luc. de pæn. in princip. dicit hac ratione esse Illustres, & l. 3. C. eod. qui per continuos XIII. annos inculpatas excubias peregerint connumerantur inter Senato-
11 res Illustres, sed Auditores † successerunt loco Decurionum, ergo &c. pro quo probando sumendum est, quòd Princeps habet duo genera cõsiliariorum, alios s. semper existentes circa eius latus, qui censentur pars corporis ipsius ad l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. & per Bald. in l. mulia C. de bon. quæ lib. & Boer. in tract. de auctorit. mag. consil. num. 129. cùm quibus pacem, concordiam, & tranquillitatem mundi, atque alia negotia seria pertractat. Alios verò, quibus iudiciorum omnium dispositionem cõmittit, quos præsidentes in cunctis iudicijs dirigendis, & in iustitia ministranda nuncupat. Io. 22. in reformatione

tione ipsorum bulla 1. & Martin. V. bulla 2. & Innoc. VIII. bulla 9. & Pius Quartus bulla 63. in princ. & isti dicuntur silentiarij, vt l. 3. C. de silent. & decur. lib. 12. & l. uerum §. ex facto in ver. vt in consiliarij ff. de minor.
12 Et isti dicuntur Patres, † vel iuxtà gloss. in l. vnic. C. de caduc. toll. quia hæc nomina erant in diademate Principis scripta, quod non placet Cyno, quia tunc nimium ponderasset. Sed quomodo Cynus possit improbari, videndus Luc. de pen. in rubric. de aur. cor. lib. 10. & Alber. de Ros. in suo dictionario ver. Corona, quia eius multæ sunt species, etiam magni ponderis, vel dicuntur Patres, vt credo, propter Curam, & sollicitudinem, quam habent de totius Christianitatis causis, sicut patres familias prouident ad l. si funebris C. ad Velleian. & hoc secundum genus consiliariorum successit loco decurionum ad gloss. in l. sed & si ex dolo in ver. decurionum ff. de dol. mal. & not. C. de decur. in rubr. & l. nulli ff. quod cuiusque vniuers. nomin. Bartol. in l. omne officiũ num. 2. & ibi Ias. num. 13. C. de offic. assessor. Cæpoll. in consil. criminal. 39. num. 24. & seq. Et licet Decurio-
13 num † duo sint genera, quia aliqui sunt Illustres, de quibus iam dictum, & ita in multis locis, vt Neapoli, & Venetijs æstimantur, aliqui verò in aliquibus Ciuitatibus etiam ignobiles existant, vt Perusij, & alibi, de quibus per Tiraquell. de nobilitat. cap. 10. num. 1. quod etiam de quæstoribus dicitur, vt per gloss. in ver. plebeios in l. vnic. ff. de offic. quæstor. Tamen dicendum est, quòd Auditores succes-
14 serunt decurionibus † Illustribus, tum quia attento quòd sunt de maximis, & perpetuis magistratibus, illustres sunt nuncupandi, vt per Spec. tit. de actore num. 62. & de ipsis in specie ponit quòd sint illustres Cassan. in d. tract. part. 6. consid. 13. ver. dicit enim Pirrhus, tum etiam quia dicuntur sacri, quia ius canonicum, & diuinum profitentur, & sacros habent mores, sacrisque sunt initiati, & sacra tractent, atque sacerrimo Pontifici assistant, cui, ac Deo inseruiant, vt per Mandos. in prax. commiss. forma 14. gloss. 1. Et si Auditoriũ Imperatoris, eiusque tribunal procerum sacrum dicitur l. 2. in princip. C. de leg. & l. præcipimus, & l. pen. & fin. §. in refutatorijs C. de appellat. quantò ma-
15 gis Auditorium † Pontificis, cùm etiã Auditores sint iudices totius orbis, vt per Grat. respons. 22. in fin. vol. 1. & prima inter iudices iuris limina esse cõstat. Præterea militãtes in palatio Principis, vt sunt in Palatio Papæ ipsi Auditores, & Clerici Cameræ Apostolicæ, quibus sacrum Rotæ Auditorium, & Camera Apostolica apud Sancti Petri templum sunt constituta, dignum est illustri dignitate honorari arg. l. vnica C. de comit. & archiatr. lib. 12. vbi Archiatri adipiscuntur dignitatẽ, quã Duces, & Vicarij Principis. Et si medici, qui aliàs æquiparantur obstetricibus l. 2. C. cõm. de leg. & Bart. in d. l. vnica prædictã dignitatẽ acquirũt, quantò magis id dicendũ est de prædictis Auditoribus, & Clericis qui militãt in apostolico Palatio l. Aduocati C. de Aduocat. diuers. iudic. Cui Rotæ
16 sacro, & integerrimo † tribunali, lanoque iudicio Curia illa amplissima Galliæ, eiusque Princeps, & Rex, & Reges omnes, & Imperator Christianæ Religionis assertor, libenti, ac hilari animo se supponunt, vt per Mandos. in d. tractat. form. 14. in gloss.

Auditorio, & in eorum Pontificio Auditorio, in quo vniuersorum Christifidelium grauiores causę per hos duodecim summæ virtutis, & doctrinæ viros ex omnibus mundi partibus magna cum diligentia cōquisitos cognoscuntur, & magna cum integritate, & iustitia terminantur, vt testatur Pius Quartus dicta bulla 63. certè isti præ-
17 poni, & illustriores † dici debent, qui alios superant comparatione laborũ, vt l. vnicuique in princip. C. de proxim. sacr. scriniar. lib. 12. & l. 2. C. de offic. mag. offic. & l. contra publicam in fin. C. de re milit. lib. 12. quia honoris argumentum nō ambitione, sed labore ad vnumquemque conuenit deuenire, vt tenet Luc. de pæn. in d. l. vnic. C. de comit. & tribun. scholar. lib. 12. & l. 1. C. de diuers. offic. eod. lib. in vers. meritorum. Et huiusmodi viri non solùm illustres, sed antecessores, & patres ab Imperatore Iustiniano sæpius appellari solent, propter tot labores, & amaritudines, quæ pro iustitia ministranda patiuntur, vt in procem. instit. & l. ex diui Pij C. locat. aliquando etiam amici, vt l. secūdum responsum C. de contrah. & committ. stipulat. ab Imperatore appellantur, & Esdræ 3. cap. 18. vnde inferebat Luc. de pęn. vbi supra, ideo esse illustres, fac. auth. habita C. ne fil. pro patr. & tex. optim. in c. super specula de magist. vbi dicitur, qui cū docti fuerint in ecclesia Dei velut splendor fulgeant firmamenti. Et paulò inferius, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri ad iustitiam valeant plurimos erudire, & tantò magis de Auditoribus, & Clericis id dicendum est, cum in iustitia ministranda, Summo Pontifici assidere dicantur, per tex. in l. 1. versic. quos lateris nostri decus, illustrat C. de pręposs. labor. lib. 12. Et licet propter hanc rationem multi qui sunt circa latus Principis, & officium gerunt in palatio, vt sunt Referendarij
18 † etiam vtriusque signaturæ possunt dici illustres, tamen sicut in ordine illustrium de iure communi dantur quinque gradus vt dictum. Cassan. d. tractat. part. 6. consid. 1. & 2. Petr. calefat. in d. tract. de æquestr. dign. num. 132. & seq. Ita dicendum est vt in quacunque dignitate sit aliquis ordo maioritatis, vt d. Ioan. de Plat. in l. 2. C. vt dignit. ord. ser. lib. 12. & in l. fin. C. de decur. eod. lib. qui ex aliquibus circunstantijs alteretur, & sit inter ipsos prior eorum sedes qui latiorem habeant potestatem, atque pluribus, & dignioribus nominibus in eorum electionibus à tot summis Pontificibus honorati sunt. Et si residere circa latus Principis plurimos
19 illustrat, Illustriores † existimandos cogito, qui Pontifici in Throno sedēti inseruiunt, & inde Cappellani dicti, latissimam postea in quibuscunq; causarum totius mundi generibus iurisdictionem exerceant, quorum vota non Vrbi modò, sed vbique locorum stylum, ac ius, vt dictum, con-
20 stituant. Auditorum † igitur alios in prædicto tertio ordine collocabimus, eos scilicet qui per XIII. annos continuatas principis excubias exegerint. ad d. l. 3. C. de silentiar. alios in quarto, vbi etiam Prothonotarij, & Referendarij propter supradictas rationes collocandi videntur. Et licet Clerici Cameræ Apostolicæ quia præsidentes computorum dicuntur vt per Cassan. d. part. 7. consid. 15. ver. dicūt aliqui, & ideo spectabiles videntur, vt per Cassan. d. part. 6. consid. 17. sic

enim

enim dicuntur Comites rerum priuatarum, qui spectabiles sunt l. si quis, & l. vniuersi C. vbi caus. Fisc. tamen quia hæ claritates sunt potius datæ ex voluntate Principis, quàm ex necessitate officij, vt dicit Alciat. lib. 3. disput. c. 4. Cassan. d. part. 7. consider. 5. Ipse enim vel ratione pretij, vel laboris officiales multis honoribus decorat, & cùm prædicti Clerici Cameræ Procuratores Patrimonij Beati Petri vocentur, vt supra ostendi, dicendum est ipsos successisse Procuratori Cæsaris, qui erat Illustris. Cassan. part. 7. cōsid. 39. prope fin. Martin. Laudensis in tractat. de officialibus Dominorum. pag. 8. Purpuratus in d. l. 1. col. 5. & 6. per tex. in l. 1. C. de offic. comit. orient. Calefat. in d. tract. de dig. equestr. nu. 134. & in dict. l. 1. nu. 48. & propter amplissimam eorum iurisdictionem in tertio illustrium ordine collocandi sunt. Et licet Referendariorum

21 † officium olim in magno pretio fuerat, vt testatur Sarnens. sup. reg. cancellar. in compend. vtriusq; sig. col. 6. vers. & licet, quia Alex. Papa VI. voluit ipsos esse solùm decem, ex quo sæpissime cum summo Pontifice negotiabantur, causasq; in eius præsentia referebant, nec recipiebantur nisi vndequaque Doctissimi viri, & ideo in regulis prærogatiuarum expectantiū primi omnium nominati fuerunt, ta-

22 men cùm in multis casibus ordo † literæ non sit attendendus, quos ponit Marant. in spec. part. 3. à num. 108. infra, quibus est addendum, præsertim in præiudicium tertij, quia

23 Princeps † nunquam præsumitur velle facere gratiam in eius præiudicium c. super eodem de offic. deleg. cum simil. ibid. per glos. c. ex tuarum de auctor. & vsu pall. c. quanuis de rescript. in 6. tum quia habet semper clausulam sine præiudicio alterius Afflict. decis. 334. num. 3. Alciat. Reg. 3. præsumpt. 11. num. 3. Marsil. singul. 483. post princip. Et cùm ratione antiquitatis fuerat quæsitum ius prælationis Prothonotarijs, vt notatur in §. singulorum instit. de rerum diuis.

24 qui erant antiquiores † Referendarijs, vt testatur Sarnens. vbi supra vers. rationem non inuenio, dicendum est quod ibi non attenditur ordo scripturæ, quò ad alias præcedentias, nisi in priuilegio prælationis in gratijs expectatiuis, quia dato expectantium concursu Papa voluit Referendarios præcedere, quod Priuilegium eis concessum fuit propter iunios labores, quos in referendis multiplicibus causis summo Pontifici, continuo elaborabant, cùm tunc temporis sic pauci fuerant, Quod etiam dicerem, & validissimis rationibus probarem pro eo si quis est, vel futurus erit, qui instar antiquorum elucubrare velit: Et licet de consuetudi-

25 ne † omnes illustres dicantur, quæ vt dictum plurimum firmitatis habet in titulis. Paul. de Castr. consil. 125. num. 5. vol. 2. & Bald. 129. vol. 2. Cardinal. & Alex. in c. per venerabilem §. fin. qui fil. sint legit. Eam ego consuetudinem, quæ à iure dependentiam habet firmissimam iudico, hanc verò ex opinionibus hominum dependentem, abusum potius, vel beneuolentiæ captationem inuenerunt, præter intentionem scribentis, vel loquentis, vt benignior, atque auditus gratior præberetur, & carius missæ literæ legerentur, citiusq; responsiuę mitterentur. Omnes supradictos prælatos Reuerendissimos

26 † dicere oportet, qui est honor, & reueren-

reuerentia Episcoporum, maximè cõmendatus à Principibus secularibus, quamobrem saltem iste titulus omnibus competet de consuetudine ab vniuerso Christiano orbe approbata. Et hæc ipsa consuetudo est validior, quia à iure robur assumit, & ex honesta, & rationabili causa procedit, & ideo reuocari non potest c. ad Apostolicam de simon. c. 1. eod. tit. in extrauag. Aegid. consil. 31. cum alijs per Cassad. d. c. vnic. de consuetud. Iuri enim scripto hoc consentaneum est, vt ex auth. de sanctissimis Episcopis, & Reuerendissimis clericis, & monacis, tantæ enim sanctitatis Episcopi esse debent, vt meritò eis maxima debeatur reuerentia, & Reuerendissimi appellentur c. in nomine Domini. 23. dist. & l. nonnulli de epis. & cleric. Sic etiam de maximis clericis, in quorum numero sunt Cappellani Papæ s. Auditores qui etsi creentur Episcopi non per hoc desinunt officium Auditoratus exercere in omnibus, & per omnia, sicut prius: & licet tunc Auditores non appellentur, sed Locatenentes, vt per Mandos. in d. prax. commiss. form. 1. glos. seu illorũm locatenentibus, quia tenẽt loca successorum, in nihilo tamen sũt minores quocunq; alio, & omnibus Priuilegijs Auditorum etiam gaudebũt. Et de maximis monacis, quorum titulos religionum priores generales iure optimo sibi vendicarunt,
27 qui tituli † cùm de iure procedant, & ab Imperatore instituti etiam reperiantur, reuocari non possunt. Ideo dicunt Doctores quòd leges Principum secularium siue auferant clericis ea quæ eis competent de iure communi siue quæ eis competunt de consuetudine, siue ex priuilegio Papæ, vel Imperatoris vel aliter, non ligant clericos, vt ad eorum obseruantiam teneantur: ea enim quæ ex Priuilegijs Clericis competunt, si legibus secularium tollantur, leges illæ tanquam contra libertatem ecclesiasticam non valent, vt concludunt omnes canonistæ in c. nouerint de sent. excom. & in c. ecclesia. S. m. de constit. & in auth. Cassa num. 6. C. de sacros. eccl. Quæ verò de iure communi, licet controuersia sit apud Doctores an si tollantur dicatur fieri cõtra libertatem ecclesiasticam, ita vt sit locus pœnis d. c. nouerint. & d. auth. Cassa. tamen in hoc cõueniunt quòd leges huiusmodi aliquid auferentes clericis ex his quæ eis licita sunt de iure communi non valent, ita Dec. in d. auth. Cassa. num. 2. Bartol. in l. filius fam. §. diui num. 84. de leg. 1. Dec. d. c. ecclesia S. m. num. 6. & 7. & Fely. num. 69. Idem videtur de legibus secularium quæ auferunt clericis competentia de consuetudine, cùm consuetudo nil aliud sit quàm ius non scriptum §. ex non scripto instit. de iure natural. Quæ procedunt etiam si lex nihil præciperet, aut prohiberet ipsis clericis, sed solùm legem
28 imponeret † laicis, in qua præiudicium clericis afferatur c. fin. de immunit. eccles. in 6. Anchar. in consil. 151. Et licet lex iusta, & honesta, præsertim propter pacem & bonum publicum simpliciter lata liget aliquando clericos, vt post Canonistas D. Thom. & aliàs Soto in 4. sentent. distinct. 25. quæst. 2. art. 1. & 2. & Frat. Albertus de Vittoria de potestate ecclesiastica & ciuil. Couar. & plures alij: Id intelligi debere existimo primo vbi non sit contra libertatem ecclesiasticam, aut non sit in dedecus,

decus, aut præiudicium honestę reuerentiæ clericorum iuxtà gradus pręrogatiuā ex ijs quæ supradicta sunt vt in specie Bartholomæus Medina super 12. quæst.art.6. ibi à legibus quæ ordinantur ad bonum commune, & non dedecet clericos. Secundo id procedit vbi de clericis nominatim non fit mentio, quia legem condere super ecclesiasticis est excedens quācunque potestatem secularem c.nunquam 96. distin. Bald. in d. c. ecclesia S. m. num. 5. etiam si illæ leges iustę, & rationi consonæ essent, quia ex defectu potestatis sunt nullæ, & non est necesse ab illis reclamare, vel appellare c. bonæ 96. distinct. tradit Abb. in d.c. ecclesia, quem ibi sequuntur alij pręsertim Dec. num.88. & Felyn. num. 40. in prima limit. Idē Dec. in c. in pręsentia de probat. vbi Parif. num.109. post Salyc. in d.auth. Cassa. & Alex. consil. 81. volum. 1. Cagnol. in l. 1. num. 20. C. de sacrosf. eccl. Tiraque. de retract. Lignag. §. 1. glos. 8. num. 42. cum seq. qui omnes

29 etiam concludunt quòd leges † positę sub titulis de sacrosanctis ecclesijs, Item de episcopis & clericis sunt nullę ex defectu potestatis, nisi sint approbatę de iure Canonico, vel sint merè priuilegiatiuè, multo minus illæ leges quæ minuunt honorem, & reuerentiam ecclesiasticam c. 1. de immunit. eccles. in 6. ibi honoris inuidi: honor enim est cæteris rebus præferendus l. Iulianus ff. si quis omis. caus. testam. l. 3. §. si conuictum de leg. præstand. Gerard. de Petr. sanct. singular. 10. & singul. 82. ac imponit pœnam, quo etiam casu non valet, vt post alios Felyn. in d.c. ecclesia num. 55. vers. limita quarto. Alphonsus de Castro de potestate legis pœnalis ca. 6. Et ideo in moderatione titulorum, honoris, & reuerentiæ ecclesiastica-

30 rum personarum debet consuli † summus Pontifex, cuius est communibus vtilitatibus prouidere, vt in concil. Lateranens. c. aduersus de immunit. eccles. & ad ipsam sedem Apostolicā spectat declarare an in istis rebus Principes possint condere leges, vel ne, vt in alijs Fely. plenè deducit, & talis est constitutio populi de iust. & iur. Abbas, Aret. Felyn. & Dec. in c. cum omnes de constit. nec sunt facienda mala, vt inde veniant bona, & mandata Domini diligenter custodienda 1. Reg. cap. 13. & Deus Opt. Max. cùm sit omnipotens nihil iniustum, vel inhonestum, fieri posse permittit, vt inquit D. Augustin. cum alijs latè per Aym. de antiquit. tempor. part. 1. num. 26. & seq. cumu-

31 latis. Senator † vrbis qui successit Prætori Vrbano, vt dictum, est spectabilis, vt per glos. in rubr. ff. de offic. prætor. per tex. in §. similitudo in auth. de appellat. Dec. ibid. num. 20. & in §. præconizamus in auth. de lenon. Cassa. d. part. 7. consid. 4. vers. secund. Alij iudices sunt omnes in genere infimo, & quale sit, ponunt Doctores in d.l. 1. Sed de Referendarijs, & Prothonotarijs, qui expeditionibus causarum incumbunt, seque iudices deputatos constitui consentiunt, valde dubito, an proprium gradum amiserint, & in hoc nouissimo ponendi sunt, quod non est mei tractatus decidere.

TRACTATVS DE PRAEVENTIONIBVS TRIBVNALIVM VRBIS.



DOCTORIS MARTAE.

SVMMARIA.

1 Preuentio quid sit.
2 Superior à quo iurisdictio recognoscitur, non præuenitur.
3 Iudices qui seipsos præuenire possunt.
4 Præuentio est inter Iudices æquales etiā si non insolidum.
5 Arbitri iuris præueniunt ordinarium.
6 Ordinarius præuenit delegatum, & in quibus casibus fallit.
7 Iurisdictionem habens iure spetiali ordinarium præuenit.
8 Iudex ciuilium præuenit iudicem criminalium.
9 Præuentio si consideretur respectu partium quid operetur.
10 Actor si facit citare reum coram diuersis iudicibus an causam perdat, & ad quid teneatur.
11 Reus si fuerit contumax, actor alium indicem adire potest.
12 Iudex præueniens agit interdicto vti possidetis contra alterum iudicem præuentum.
13 Reus quando dicitur præuenire actorem.
14 Actor si facit citare reum & econtra vnico die, quis præsumatur prior.
15 Laicus citatus si fiat clericus coram quo iudica debet comparere.
16 Clericus potest reconueniri à laico in eadem causa, vel connexa.
17 Exceptio declinatoria qūādo opponitur post litis contestationem.
18 Clericus non potest subijci laico per quamuis voluntatem.
19 Clericatus in quibus non prodest.
20 Præuentio quomodo inducitur.
21 Mulier transfert domicilium quodammodo ex necessitate.
22 Fori mutatio per viam matrimonij est potentior alijs.
23 Præuentio debet induci ad partis instantiam.
24 Præuentio non inducitur per citationem nullam, & quando fallit.
25 Citatio verbalis inducit præuentionem.
26 Citatio quot partes habet.
27 Citationem committere, est vti iurisdictione.
28 Præuentio inducitur per præsentationē rescripti.
29 Citatio quotuplex est.
30 Præuenisse quis dicatur propter conformitatem causæ cum sua iurisdictione.
31 Præuentio an inducatur per citationem verbalem ad primam diem, si nullus comparet.
32 Præuentio inducitur per petitionem in spetie contra petentem in genere.

33 Citatio

33 *Citatio realis an præferatur verbali.*
34 *Punitus à iudice præueniente, an possit postea ab altero puniri.*

De Præuentione in generali. Cap. I.



Onsequens est vt de præuẽtionibus prędictorum tribunaliũ pertractemus, sed de ipsis prius in genere videamus, mox de singulariũ Vrbis tribunaliũ exarabimus, & casus quodam particulares explanabimus.

1 Præuẽtio † igitur est iurisdictionis ap propriatio sibi soli in aliqua causa quę principaliter, insolidum, & in actu pluribus competebat, iuxtà Marian. Soccin. in c. proposuisti de for. compet. Dicitur principaliter, quia non præuenit is qui ab altero iurisdictionem recognoscit l. iudicium soluitur. ff. de iudic. quod intellige ne præueniat supe
2 riorem † à quo iurisdictionem recognoscit, quin ab ipso impediatur in procedendo. Dicitur insolidum, quia si plures coniunctim iurisdictionem habent, vnus alterum non præuenit regulariter c. prudentiam de offic. de leg. nisi in quibusdam casibus, de quibus infra, Dicitur in actu, quia cùm quis in habitu tantùm iurisdictionem habet, vt quia non cognoscat nisi in defectu aliorum, tunc oporteret expectare defectum, puta negligentiam, vel impedimẽtum, de quo in d. c. prudentiam, & faciunt quæ notantur in c. cum plures de offic. deleg. in 6. Verùm quia præuentio dupliciter consideratur vel respectu iudicis præuenti. s. ne amplius se intromittere possit, vel respectu partium, ne forum mutare possint, de singulis consideremus. Et primo de iudicibus aggrediamur
3 † qui adinuicè seipsos præuenire possunt, dehinc de ipsis partibus eandem materiam prosequemur. Iudex igitur inferior superiorem præuenire potest & è contra, dum modo ab eodem superiore iurisdictionem non recognoscat per d. l. iudicium soluitur, Ideo Archidiaconus præuenit Episcopum in his, quæ vtrisque competunt c. ad hæc, c. cum satis, & c. fi. de offic. Archidiacon. Item Episcopus præuenit Papam in collatione beneficiorum c. dilectus filius de præbend. c. in Lateranensi. c. vt debitus de appellat. sic ut superior præuenit inferiorem, cùm sit ordinarius totius diœcesis, & ideo nõ tenetur expectare, vt per appellationem deuoluatur ad ipsum, ad tex. in auth. de defensor. ciuitatum in prin. Host. & Io. Andr. in c. cum ab ecclesiarum de offic. ordinar. nisi speciali priuilegio, vel consuetudine Episcopus impediretur Host. in c. pastoralis
4 eod. tit. Præuentio † inducitur etiam inter iudices æquales, etiam si non insolidum, sed communiter iurisdictionem haberent, & hoc procedit solùm ob negligentiam præuenti, vel si obduraturum impedimentum superior non adesset qui cognoscere posset, vt dicit Marian. in d. c. proposuisti. Item Episcopus expulsus diœcesi eo casu quo potest cognoscere inter suos in proxima diœcesi potest præuenire iudicem proximæ diœcesis, vbi delictũ cõmissum est secũdùm Io. de Lignan. in clem. vnic. de appellat. Vbi Zabarell. Imol. & Salic. Præterea arbitri † iu
5 ris præueniunt ordinarium, illi. s. quorum laudum habet efficaciam rei iudicatæ stante statuto ad Paul. de Cast. in l. pecuniam ff. si cert. pet. Amplius

6 ordinarius † delegatum præuenire potest, vt per Host. in summa in tit. de offic. deleg. §. quòd sit officium. Innoc. & Host. in c. ad petitionem de accusat. vbi Io. Andr. & alij & est textus in c. vt debitus de appellat. Fallit multipliciter. Primo vbi Papa ex certa scientia certis iudicibus committit, nam tunc de manibus ordinarij eam auferre videtur, & ab isto iurisdictionem in tali causa tollere argum. c. ad nostram de appellat. & tunc post datam, ordinarius delegatum præuenire non potest. Secundo vbi literæ fuerint impetratæ de communi consensu partiũ, tunc enim nec attenditur præsentatio, sed solùm data antequam ordinarius præueniret, iuxtà Goffred. quem sequitur Butr. in d. c. vt debitus. Tertio vbi iudex qui præuenit fuerit negligens per annum in procedendo, nã si fuerit admonitus à iudice secundarum, & non processit, amittit iurisdictionem ob negligentiam c. significauit de offic. ordinarij, vbi glos. in ver. desidia. Quarto vbi ille, contra quem procederetur non compareret, sed esset contumax, tunc subsistentaretur omnium iudicium, & processus, etiam si mille sententiæ darentur. Marian. in d. c. proposuisti col. 12. vers. 3. fallit. Anchar. in c. postulasti de foro comp.

7 Præterea † is qui iure speciali. v. g. priuilegio, vel consuetudine acquisiuit iurisdictionem, potest ordinariũ præuenire Innoc. & Io. And. in c. 3. de offic. ordinar. dummodo præscripserit eam accumulatiuè, principaliter, & insolidum, secus si præscripsisset ad excludendum ordinarium, argu. l. decem. ff. de verb. oblig. etiam si habuerit voluntariam iurisdictionem Lap. alleg. 78. col. 3. in fin. Insuper præfe-

8 ctus † cognitioni ciuilium præuenit iudicem criminalium in ijs quæ incidenter cognoscere potest, puta si coram se testes falsum deposuerint, quia ipsos potest punire nõ obstante quòd sit solùm iudex ciuilium ad Bartol. in l. 3. §. aqua. ff. de aq. quot. & æstiu. per notata per illum tex. & l. nullum C. de testib. & l. sciãt cuncti C. de probat. Afflict. decis. 219.

9 Præuentio † si consideretur respectu partium, operatur vt forus mutari non possit. Vt ecce actor adiuit vnum iudicem, non potest postea alterum adire per tex. in l. vbi cœptum C. de iudic. & intellige in terminis auth. qui semel C quomodo, & quand. iud.

10 Quod si actor † fecerit reum citare coram diuersis iudicibus, licet causam non perdat iuxtà Fely. in c. ex tenore num. 25. vers. contrarium tenet de rescript. per glos. quam, dicitur ab omnibus, esse approbatam in d. c. ex tenore in vers. careat Salyc. Fulg. Alex. in l. nulli C. de iudic. Butr. in c. 1. in fin. de sequestr. poss. & fruct. Immol. in l. cùm procurator §. dominus. ff. de nou. op. nunciat. & in l. quamuis. ff. de damn. infect. Bald. & Salyc. in l. 1. C. de assert. toll. Abb. in c. dilecti col. pen. & col. 2. de rescript. Tamen debet condemnari in expensis, & perdit rescriptum, si illud impetrauit ad tex. in terminis in c. quia nonnulli de rescript. vbi glos. in ver. expensis dicit quòd per ambos iudices in dictis expensis condemnari debet, aliàs ipsi iudices ad prædictas expensas sunt condemnandi l. sancimus. C. de iudic.

11 Secus si reus fuisset contumax † quia tunc actor alium iudicem adire potest arg. l. & post edictum. ff. de iudic. Bald. in l. sepulchri violati actio. ff. de sepulchr. viol. & in l. quamuis. ff. de damn. infect. Hoc tamen limita, nisi primus iudex consensisset, quia cùm præoccupata

pata fuerit eius iurisdictio ad l. si quis postea.ff.de iudic. & c.proposuisti de
12 foro compet. potest iudex agere † interdicto vti possidetis contra turbantem eum in iurisdictione per ea quæ dicit Bartol. in l. fin. ff. si quis ius dic. non obtemperan. & apostill. ad Bart. in d. l. vbi cœptum: Limita etiam nisi actor non voluntarie, sed ex necessitate vnum iudicem adiuisset, nam coram alio iudice perficere poterit ad l. sed & si restituatur. §. edicto, & §. sed si dies.ff. de iudic. Item ubi necessitas superuenisset v. g. si iudicis officium, coram quo iudicium inchoatum esset fuisset sublatum iuxtà Bald. in d. l.vbi cœptum. Econuerso nota quod reus
13 † post citationem actoris, etiam dicitur præuenire actorem si conueniet ipsum actorem, vt in terminis est textus in l.tribus.ff.de iudic.& §.quædam instit. de action. Hoc autem amplia etiam in simplicibus iudicijs puta si reus citatus citari fecit actorem super iactantia actoris, puta Titij, non ponendo verbum actoris in citatione, & ad declarandum se non esse debitorē Titij, perpetuumq; silentium imponendum iuxtà ea quę habētur per glos. Bartol. & Immol. in l. si contendat.ff.de fideiussor.per glos. & Bartol. in l.si finita.§.eleganter.ff.de damn.infect.per Bald.in l.diffamari ff.de ingenuis, & manumiss. Afflict.decis. 264. Nell.in tract.de bannit.in 7.q.2. part. 1.tempor.quod qui præuenit citando homicidam, præuenisse dicatur mandatorem, cui idem negotium sit. Sed
14 dices quid si actor † fecit citari reū,& reus actorem coram alio iudice, nec appareat quis fuerit prior, quis in dubio prior præsumendus est ad effectū vt forus declinari non possit. Dicas quòd præsumitur actor fuisse prior, ea ratione quia reorū est fugere l. inter stipulantem.§.1.ff.de verbo. oblig. iunctis notatis in c. nostra de testib. fallit si ipse actor præueniens velit acquirere idem ius præuentionis alteri socio actori, quia iurisdictio præuenta ab vno ex litigatoribus socijs non dicitur præuenta quò ad alios, ita dicit Alex. in addit. ad Bartol. in l. denunciasse. §.quid tamen.ff.ad l. Iul.de adult.per Innoc. in c.pastoralis de rescript. Hic quæro de difficillima, &
15 practicabili quæstione, si citatus † coram vno iudice post citationem fiat clericus, an præuentio habeat locum, ita quod iudex præueniens sit iudex competens. Respondeo hoc esse verum in ciuilibus in omni casu, etiam non obstante fraudis suspicione, quod coram laico, qui iudicium incohauit causa finiri debet, ad d. l. vbi cœptum, & fuit opinio Alani in c. 1.de obligat.ad ratiocin.& not.in c. at si clerici de iudic. & hanc sequitur Host.in d.c. proposuisti, fallit in executione, seu retentione reali, quæ per iudicem laicum non est facienda.vt notat Io.And.in c.1.de obligat. ad ratiocin. & vide Lapum allegat. 118. de foro compet. & ista est communis conclusio, vt dicit Antonius de Matthæis in tractatu de prorogatione iurisdictionis num. 34. Et ampliatur conclusio, vt etiam si non citatus fuisset ante clericatum, dummodo tamen per iudicem laicum conueniri posset, in casu quo appareret clericatum in fraudem fuisse adeptū, & intelligo de causis ciuilibus per l. hos accusare & l.maritus.§.1.ff.de procurat. & in actionibus realibus, non personalibus arg.l.1.C. qui milit. non poss. vbi si debitor causa litis fugiendæ sit effectus miles, debet absolui à

iuramento, sed clericus non potest absolui à clericatus caractere, & ideo bene dictum est non in personalibus secus esset, vbi citatio esset, facta ante clericatum, quia tunc etiam in ipsis quò ad sententiam, sed non quò ad executionem, vt in simili dixit Spec. de reo.§. 1. & Bartol. in l. 1. ff. de pœn. Nec obstat. l. non distinguemus.§. sacerdotum. ff. de arbitr. dum dicit non cogatur sententiam ferre, nam loquitur de pœna, & personali astrictione ad l. prætor ait cum similibus. ff. de excusat. muner. Nec obstat quòd reus peruenit ad casum à quo incipere non potest iudicium contra ipsum. Quia imò aliquando potest in-
16 cipere, vt in causa recõuentionis † nã cũ preuenerit laicũ corã laico iudice efficitur de illius iurisdictione in eadẽ causa, vel etiam in connexa, vt latè per Felyn. in c. at si clerici num. 22. vers. quod imò, & num. 23. vers. exceptis qui dicit esse communem opinionẽ. & num. 24. vers. secus si super eodem de iudic. & in c. verum num. 6. vers. præterea de foro comper. Marant. qui alios citat, & dicit esse communem de ordin. iudic. part. 4. quæst. 3. principali num. 44. Afflict. decis. 173. & tantò magis si tractaretur de causa merè ciuili, vt dixit, Papiens. in sua praxi in form. libell. quo petitur hęredit. ex testam. §. quatenus num. 1. Imò in hoc casu præualet d. l. vbi cœptum, & d. c. proposuisti de foro compet. & l. quædã puella. ff. de iurisdict. omn. iudic. in quibus specialius prouidetur, dummodo personaliter non astringatur. Nec obstat quòd fugiens ad ecclesiam habeat immunitatem, & ideo multò fortius debeat habere factus clericus, quia id procedit respectu personalis retentionis, vt dixi. Nec obstat quòd declinatoria exceptio orta nouiter bene opponitur post litis contestationem c. insinuante de offic. delegati, quia non est orta respectu bonorum, sed tãtùm respectu personæ. Si verò sumus in criminalibus, tunc dico quod laicus non obstante citatione, factus clericus, debet conueniri coram iudice ecclesiastico, & in hoc sequor opinionẽ Ioannis de Deo in libro cauillationum, per textum in c. persona 12 q. 1. quod procedit etiã si in fraudem adeptus fuisset clericatũ, puta dum esset carceratus à iudice seculari, quicquid dicat Bartol. in l. 1. ff.
17 de pœn. quia nec per fraudem † nec per quamuis aliam voluntatem clericus laico subijci potest d. c. at si clerici de iudiciis. Et addit Bartol. in d. l. 1. ff. de pœn. quòd si post inchoatũ processum, vel latam sententiam laicus efficiatur clericus, licet non prosit sibi
18 clericatus † quò ad executionem faciendam in rebus, prodest tamen quò ad personam, quia non poterit capi, & detineri in carceribus, vel puniri, cùm persona clerici omnino sit exempta de manu iudicis secularis, & hæc est Cõmunis Opinio, de qua per Bossium in tit. de pœn. nu. 38. & per hoc vide Ias. in l. cum quędam puella. ff. de iurisd. om. iudic. & Dec. ibid. ad finem Fely. in c. ecclesia S. M. col. 44. vers. 15. quæro. de Constit. Alex. consil. 89. col. pen. vol. 3. Cœpoll. consil. 11. col. 4. & consil. 10. & consil. 68. latè Ant. de Butr. in d. c. 1. de oblig. ad ratiocin. Et licet in Contrarium sit altera Communis Opinio, quod. s. si fiat in fraudẽ Clericus puniatur à iudice seculari, de qua per Immol. consil. 119. in prin. & Couar. pract. quæst. q. 32. post nu. 4. in 2. conclus. & per Clarum lib. 5. §. fin. q. 36. versic. sæpenumero. Tamen

ego

ego non recederem à prima, tanquam magis æqua, & honesta, quam summoperè laudat, & probat Ioannes de Deo in d. libro cauillationum. Nec obstat regula d. l. vbi cœptum, Quia dico quòd res peruenit ad casum à quo personaliter incipere non potest, & faciunt notata in c. factum in fi. de reg. iur. in 6. & in l. post finitam cum similibus ff. de suspect. tutor. Nec obstat tex. in auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oport. quia nō concludit priuilegium insertum in corpore iuris communis, & ita non includit priuilegium clericorum, vt ibi per glos. & Doct. Nec obstat c. Euphemiū 2. q. 3. quia non sequitur est crimen quo degradari debet, ergo laicus cognoscere potest. Nec obstat c. si peccauerit 2. q. 1. propè finem vers. vbi contigerit malum ibi moriatur, quia loquitur in habilibus terminis iudicū, ne aduersetur textui d. c. at si clerici argu. c. cum expediat de elect. in 6.

20 Præuentio † vt communiter omnes Doctores asserunt inducitur per reitationem ad glos. in l. 1. ff. de in ius voc. & in l. libertus vbi Bald. C. eod. Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de libell. obl. §. nunc videamus in princip. Et licet Bartol. in l. cum quædam ff. de iurisd. om. iudic. restringat illum textum quòd iurisdictio dicitur præoccupari per litis contestationem, aut per sententiam. Tamen Raphael Cuman. Paul. de Castr. & Alex. dicunt quòd ille tex. suppleri debet per alia iura, quæ volunt præuentionem fieri per solam citationem per l. si quis postea ff. de iudic. sed ista solutio videtur potius destruere illū textum, cùm ibi dicat post susceptam cognitionē, vel post latam sententiam, quòd si sola citatio sufficeret, ille textus esset de indubitabili, imò superfluus. Et ideo Aret. in d. l. si pluribus respondet quòd ibi est speciale in casu illo, vbi

21 mulier † transfert domicilium quodammodo ex necessitate scilicet ex causa matrimonij. Posset aliter responderi, quòd licet aliàs sola citatio inducat præuentionem d. l. si quis postea, tamen ibi sola citatio non sufficit, sed requiritur litis contestatio,

22 quia talis mutatio † fori per viam matrimonij est potentior alijs, quia licet aliàs domicilium originis mutari non possit ad l. senatores ff. de senator. tamen per viam matrimonij bene mutari potest, quia est potentior mutatio, ad glos. in l. origine C. de municip. & orig. lib. 10. Bartol. Bald. & alij in d. l. cum quædam & hoc modo per illum textū limitabitur notabiliter d. l. si quis postea, & d. c. proposuisti. Nec ista solutio placet, Quia d. l. cum quædam dicit, & generaliter in causis huiusmodi obseruandum, ergo non est speciale in causa matrimonij, & ideo melius videtur quòd ille textus necessario sit supplendus per alia iura. Sed vt inducatur præuentio per solam citationem, necesse est quod fiat ad partis instantiam & scribatur in actis iuxtà Immol. in d. c. proposuisti de for. compet. Bartol. in l. 3. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infect. & l. ad peremptorium ff. de iudic. secus vbi ex officio procederetur, quia tūc fiscus est loco partis, vel ipse iudex. c. qualiter, & quando vbi Doct. omnes de accusat. Præterea fal-

24 lit si citatio † esset nulliter facta gl. in c. cum plures de offic. deleg. in 6. Bald. in l. cum quædam puella de iurisd. om. iudic. per l. pen. C. ne de stat. defunctor. Butr. in d. c. proposuisti per illum textum in terminis,

quia

quia citatio inualida nihil operatur ad glos. in l. accusatoribus C. de accusat. quem sequitur Bald. in c. quoniam col. 6. de probat. & c. in nomine in 4. notab. de restit. facit c. bonæ el 2. cum glos. fin. de elect. & glos. in l. si pater C. ne de stat. defunctor. quam sequitur Immol. in c. constitutus col. 2 de rescript. Angel. in d. l. si quis postea ff. de iud. Archid. in c. non ita 2. q. 7. Nellus de bannit. 2. q. 3. part. primi temporis Bald. ad Speculat. tit. de citat. versic. si sunt tres, Fallit tamen quando post citationem ineptam, & inualidam secuta esset comparitio citati, & perseueratio in iudicio ad tex. glos. & Bart. in l. 1. §. 1. de ferijs, Rota decis. 11. de dol. & contumac. in nou. Et nota quod sufficit vna citatio scilicet prima, quamuis non fuerit peremptoria iuxtà Ioan. Andr. & Communiter omnes in clem. vnic. de iudic. in ver. citationes, per tex. in c. proposuisti de offic. deleg. fac. §. fin. instit. de pœn. tem. litig. & l. si quis postea ff. de iudic. qui contẽtatur partem esse vocatam. Et quod
25 sufficiat solùm verbalis citatio † communis opinio est quòd sufficit, de qua per Doct. in d. c. proposuisti arg. l. vbi cœptum. Bald. in l. senatus circa fin. C. qui accus. non poss. dummodo peruenerit ad notitiam citati:
26 Et quoniam citatio † habet tres partes scilicet commissionem, executionem nuntij, & relationem, quæro an omnes tres requirantur, an aliquæ solæ sufficiant. Distinguendum est, quòd aut loquimur de præuentione quò ad effectum acquirendi iurisdictionem, simpliciter considerando, aut de præuentione, quæ potest afficere personam, primo modo per solam commissionem inducitur, quia incipit vti iurisdictione, ad Innoc. in c. fin. de offic. deleg. in ver. citatio, Rota decis. 9. num. 1. de dol. & contum. in antiq. quo casu sufficit quod citatio exiuerit à iudice, licet non peruenerit ad partem, ad glos. in clem. 2. vt lit. pend. Abb. in c. gratum in 2. not. de offic. deleg. Afflict. super constit. tit. 98. num. 5. lib. 1. Et est ratio quia iudex extra territorium non potest cõmittere, ergo sequitur quod commit-
27 tere † est vti iurisdictione l. omnes C. de epis. & cleric. c. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6. & hoc modo intelliguntur Bartol. & Bald. in l. & quia ff. de iurisd. om. iudic. qui dicunt sufficere commissionem citationis, hoc enim intelligitur adhoc vt res desinat esse integra, de quo habes c. gratum. c. relatũ, & c. licet de offic. deleg. & quò ad acquirendam iurisdictionem, sicut etiam per præsenta-
28 tionem † rescripti dicitur præuenta iurisdictio, iuxta Spec. de compet. iudic. § pen. in fin. quia præsentatio rescripti operatur etiam vim petitionis per iura quæ allegat Alex. consil. 201. in princip. vol. 2. Afflict. d. tit. 98. in fin. Si verò loquimur secundo modo quò ad afficiendam personam, non sufficit citatio nisi fuerit executa ad clé. 2. vt lit. pend. Bald. in c. gratum de offic. deleg. & l. cum sponsus ff. de donat. inter vir. & vxor. quia tunc citatio dicitur propriè citatio quando nuntius executus est, non antea Rota d. decis. 9. num. 3. & decis. 6. eod. tit. de dol. & contum. in antiq. Fallit si est citatio ad informandum Curiã, qui non est actus, qui inducat præuentionem Soccin. in l. libertus num. 8. ff. de in ius voc. Ias. in l. si pluribus de leg. 1. Afflict. decis. 219. Et quia
29 citatio † est duplex scilicet realis, & verba-

verbalis, assumendo sermonem de verbali prius: Quæro si sunt duæ citationes verbales coram duobus iudicibus executæ, quis eorum præferatur in acquisitione iurisdictionis, in primo supradicto casu loquendo. Dicendum est quòd si verbalium vna fuerit personalis præfertur, per ea quæ not. Bartol. in l. 3. ff. de damn. infect. Præterea considera quòd si causa propter quam citatur habet maiorem confor-
30 mitatem † cum iurisdictione vnius, ille præuenisse dicitur, vt in simili de testibus varijs habetur in c. nostra de testib. Si non habet maiorem conformitatem, aut citatus habet electionem de iure vt traditur in auth. habita C. ne fil. pro patre, nec aliter probari potest quis præuenerit, & statur suo dicto cum sacramento, arg. not. in §. aliæ instit. de act. & in c. significasti de homicid. si non habet electionem, & ignorat, quæ nam citatio præuenisset, puta inuenit in domo nuntios eodem tempore, & putat Marian. in d. c. proposuisti quòd tūc forte dirimi debet quis eorum actor, an reus iudicem eligere possit. Mihi autem reo declarandum fore visum fuit semper: ipso enim coram altero respondēte, eiusq; iurisdictionem præueniente, si opponatur ab actore de ipsius contumacia, coram altero iudice, tunc ipse replicare poterit de præuentione. Sed dices quid si quis citatur ad videndum productionem libelli contra se super aliqua causa ad primam, cum non compareat neque actor, neque reus ea prima die iuridica, vtrum per hanc
31 primam citationem † verbalem scilicet ad libellum porrigendum inducatur litis pendentia ad impediendū præuentionem antequam porrigatur libellus ipse. Respondetur quòd non, quia præceptum nudum iudicis sine causa, non facit reum contumacem, vt dicit Cyn. in l. quoties C. de iudic. Marant. de ordin. iudic. part. 6. §. proposui. num. 71. Afflict. decis. 294. in fin. Et ideo in hoc casu reus faciens citari actorem coram alio iudice super cassatione instrumenti, dicitur illum præuenire, vt Afflict. d. decis. 294. num. 3. ver. in contrarium, & ratio est quia oportet vt ille actus porrectionis libelli fiat illa prima die iuridica, aliàs nihil valet quod agitur Corn. consil. 57. litera A. vol. 3. Præterea aliud est velle petere in genere, sicut in casu nostro fecit actor, aliud petere in spetie iuxtà Paul. de Castr. in l. sed etsi aliquis §. quæsitum ff. si quis caut. vt fecit reus, qui coram alio iudice petit sibi cassari instrumentum, quo
32 casu per petitionem † rei in spetie inducitur præuentio coram alio iudice, & contra non mandantem executioni quod in spetie petere nolebat. Modò mixtim de citatione verbali, & reali loquamur. Et quæro an citatio
33 realis † præferatur verbali. Dico quod semper regulariter præfertur Bartol. in l. 5. ff. de custod. & exhibit. reorum & in l. 1. ff. de pen. Bald. in l. 1. C. vbi de crim. ag. oportet. & in auth. sed nouo iure C. de seruit. fugit. Io. Andr. in c. 1. de obligat. ad ratiocin. Alex. in l. si sepulchri. ff. de sepulcr. viol. Grammat. decis. 30. num. 6. nisi verbalis præcessisset, quia tunc cum per eam iurisdictio fuerit præuenta, non amplius impeditur, & hoc procedit si ambo iudices ab eodem domino eandem potestatem haberent. Idem si à diuersis dominis, & ideo à captura reali relaxari debet, si captus opposuit de præuentione. Dices quid si iudex realis relaxare noluerit, sed appel-

appellationem reiecerit, imò puniue-
34 rit vtrum alter præuentus iudex punire possit. Distinguendum est quòd si puniuit pœna irreiterabili, alter non puniet, non enim quis debet duplici pœna affici, & ita intelligitur Angel. de malefic. super verbo iudex commisit, & Bartol. in l. 2. ff. de custod. & exhibit. reor. & in l. 1. ff. de pœn. Bald. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. cum simil. si verò pœna reiterabili, tunc idem, nisi verbaliter citatus, fraudulenter ad locum accesserit, vbi realiter captus fuit, ne compareret, tunc enim à iudice verbalis citationis iterum puniretur, faciunt quæ notantur in l. quæsitum ff. de re iudic. & c. querelam de procurator. l. quo tempore C. de restit. milit. vbi gloss. facit Federic. de Sen. cõsil. 140. quem sequitur Marian. Soccin. in d. c. proposuisti num. 11. Ex his nota differentiam inter iudicem procedentem per inquisitionem, & per accusationem, quia si procedere incipiens per inquisitionem, realiter citasset, non impediretur, vt per Bald. in l. ædita col. 13. C. de edend. sin autem accusator coram eodem procedere vellet, tunc ab inquisitione desistere deberet arg. not. per Bartol. in l. si maritus ff. de adulter.

SVMMARIA.

1 *Præuentioni non est locus inter Auditorem C. & cæteros officiales Vrbis quò ad executionem obligationis Cameralis.*
2 *Præuentio quo casu habeat locum inter Senatorem, & A. C.*
3 *Executio obligationis Cameralis aliquãdo coram quibus iudicibus petatur.*
4 *Censuras ecclesiasticas pro obligatione Camerali solus A. C. relaxare potest.*
5 *Executio obligationis Cameralis si fuerit petita ciuiliter coram vno iudice. potest coram A. C. criminaliter peti quò ad relaxationem censurarum.*
6 *Et an debeat fieri cum refectione expensarum in priori iudicio.*
7 *Censuræ quo casu relaxari non possunt.*
8 *Duo rei si sunt insolidum obligati non agitur contra tertios possessores, nisi facta discussione contra ambos.*
9 *Censuræ non relaxantur contra eum contra quem non potest realis vel personalis executio fieri nisi facta discussione contra eum qui potest vtroq; modo conueniri.*
10 *Discussio est remedium iuris.*
11 *Discussio admittenda est contra obligationem Cameralem.*
12 *Præuentio quando habet locum inter A. C. & Gubernatorem Vrbis.*
13 *Præuentio quando habet locum inter Gubernatorem Vrbis, & Senatorem.*
14 *Præuentio locum non habet si reus in loco fauorabiliore supposuit actorem.*
15 *Præuentio nisi opponatur valebit processus vtriusq; iudicis.*
16 *Iudex an possit præuentionem opponere pro confirmatione suæ iurisdictionis.*
17 *Præuentionem non potest opponere reus contumax.*
18 *Sententia lata in vtroque foro valebit, nisi opponatur de præuentione.*
19 *Condemnari se patiens in vtroque foro, debet ambas condemnationes soluere.*
20 *Rei Cautela ne condemnetur à duobus iudicibus.*
21 *Præuentio habet locum inter Auditores Rotæ.*
22 *Præuentioni est locus inter Auditores Rotæ & alios indices per citationem validam.*

23 Pro-

23 *Processus factus à iudice præuento nõ tenet.*
24 *Præuentio an habeat locum inter Vicarium Vrbis, & reliquos indices.*
25 *Præuentio habet locum inter iudices capitolinos.*
26 *Iurisdictio concessa castro intelligitur priuatiuè quò ad alios.*
27 *Præuentio in quibus habeat locum inter iudices capitol. & Gubernatorem Vrbis.*

De Præuentionibus particularibus.
Cap. II.

RESTAT videre quomodo inter singulos prædictorum tribunaliũ magistratus præuentioni sit locus. Primo igitur sciendum est, quòd nulla po-
1 test interuenire præuentio † inter Auditorem C. & alios officiales circa executionem obligationis Cameralis, cuius peculiare est munus, cæterique Vrbis officiales nullo modo se intromittere possunt, vt cauetur ex litteris Pij IIII. sub data quarto non. Iun. 1562. & præuentio non potest fieri per eum qui non habet potestatem cognoscendi de causa iuxtà Soccin. consil. 12. col. fin. vol. 2. Fallit in executione prædictæ ob-
2 ligationis inter ciues Romanos† quo casu potest præueniri à Senatore Vrbis, & alijs iudicibus Capitolinis, vt constat ex literis Iulij II. positis in fine lib. statut. Vrb. Fallit etiam quan-
3 do tales obligationes † essent dependentes à causis, & actis in alijs tribunalibus, quia tunc coram eildẽ iudicibus executio peti posset, vt ex proxime citatis literis Pij IIII. & ex alijs eiusdem sub data 3. non. Aprel. 1565. Sed prædictas fallentias intelligo solùm electa via ciuiliter agendi coram supradictis iudicibus, sed non criminaliter, relaxan-
4 di scilicet censuras † quas nec iudex capitolinus, nec quiuis alter iudex curiæ vigore dictę obligationis in ipsos laicos relaxare potest, nisi Auditor Cameræ, siquidem secundùm Nauarr. in summa cap. 27. num. 1. Censura est sententia lata à capace ordinis mediante iurisdictione ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuatur Communione Sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel Sacramenta, vel Sepultura, & per Abb. etiam in rubric. de sent. excomm. quæ iudices laici ex defectu potestatis inducere non possunt. Item munitur defensio Auditoris C. accedente iuramento in tali obligatione. Item renuntiatione omnium iurium pro quibus videndus Galles. in extensione prædictæ obligationis ad form. oblig. Camer. part. 1. cap. 2. Nec obstat quod pro parte iudicum capitol. allegatur, quod cùm hoc sit priuilegium Populo Rom. concessum, vt liquet ex citatis literis Pij IIII. Item quòd cùm caueatur ex lib. stat. Vrb. cap. 41. de præuentione quod nullus subditus possit foro capitolino renuntiare, ideo etiam tali iuri publico renuntiari non possit: Quia vt optime satisfacit Vestr. in praxi. lib. 2. cap. 4. num. 3. is qui se obligat in forma Cameræ non renuntiat priuilegio fori, quod iuris publici est, sed defensioni suæ, quæ iuris est priuati, vt veluti confessus, conuictus, & destitutus non ad alium forum transire possit, sed animam suam pro re, & quantitate promissa ecclesiasticæ cen

sitæ supponat, quæ secularis iudicij non est, nec statutum super concernentibus animam se intromittit. Item quia expresse excipit causas quæ in Curia capitolij siue foro seculari tractati nõ possunt, cuiusmodi sunt causæ animã concernentes, vt nullus sani iudicij negabit. Et ex hoc infertur, q̃ si non inducitur præuentio inter iudices capitolinos, & A. C. si actor ciuiliter petierit executionẽ obligationis prædictæ, potest etiã relaxationẽ censurarum petere coram Auditore C. vel impetrare vt eidem si ecclesiasticus fuerit ab A. C. relaxatio censurarum committatur. Nec assentior ijs qui dicunt posse hoc fieri, tamen
6 cum refectione † expensarum factarum in priori iudicio, tunc enim arbitror reficiendas quando vellet omitti prius iudicium ciuiliter intentatum, atque vtrunque scilicet cum relaxatione censurarum, coram Auditore C. peteretur. Sed quia ambo iudicia vt diuersa coram ambobus fieri possunt, ideo nulla expensarum refectio facienda est. Sed dices quid si duo essent insolidum obligati
7 † in forma Cameræ, & iudicium fuisset intentatum ciuiliter contra alterum ex eis coram Senatore, an possit peti relaxatio censurarum coram A. C. contra alterum, contra quem non posset fieri executio realis, vel personalis. Et respondendum est quòd non. Nam sicut quando
8 sunt duo rei † principales, insolidum obligati non potest agi contra tertios possessores bonorũ, nisi prius facta discussione contra ambos obligatos ad Bartol. in l. quoties C. quo quisque ordine conuen. deb. Ias. in §. item si quis num. 81. instit. de act. Ronchegall. in l. reos num. 63. de duobus reis. Ita dicendum est non
9 posse deueniri ad censuras † nisi prius discussio contra ambos facta fuerit, & in hunc modum decreuit Sacrum Cõcilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. vt scilicet censuræ sint relaxandæ solùm in subsidium quando executio aliter fieri non potest. Verba enim concilij sunt quandocunque executio realis, vel personalis fieri non potest, & verbum quandocunque est vniuersale quod comprehendit omne tempus, & omnes casus, & per consequens etiam quando executio fieri possit contra aliũ æquè principaliter obligatum vt per Marian. Soccin. consil. 145. num. 5. vol. 1. Tiraq. de retract. Lignag. §. primo glos. 2. num. 20. & seq. Item concilium dicit per priuationem beneficij, aliaque iuris remedia, sed remedium
10 † discussionis contra correos principaliter obligatos est remedium iuris Angel. in d. auth. hoc si debitor num. 4. C. de pignor. ergo dicendum est, quod prius procedi debeat contra correos obligatos, quàm deueniendum ad relaxationem censurarum contra eum, contra quem realis, vel personalis executio fieri non potest. Item concilium dicit realis, vel personalis executio aduersus reos, vnde cum loquatur in plurali, vtique casus iste comprehendi potuit, vt per Felyn. in c. nonnulli §. sunt & alij sub num. 43. vers. vbi verba de rescript. Ex quibus clarissimè apparet quantùm errent nostri Curiales qui non assentiuntur discussionem esse admit
11 tendam † aduersus obligationem Cameralem, cùm id Sacrum Concilium disponat ad effectum non relaxandarum censurarum, dat enim hunc certum ordinem, qui obseruandus

dus est l. à Diuo Pio §. in uenditione, vbi Iaſ. & cæteri. ff. de reiudic. Et ita decreuit Sacra Congregatio Concilij hic in Curia me patrocinante in vna Neapolitan. prætenſarum cenſurarum Pro Ioanne Baptiſta Granata, cuius decreti verba neceſſarium diiudicaui hic inſerere. Suppoſito quod duo ſunt inſolidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & quòd contra vnum tantùm poſſit deueniri ad executionem realem, vel perſonalem, an contra alterum, contra quem non poteſt fieri executio realis, vel perſonalis poſſint ad inſtantiam creditoris in ſubſidium relaxari cenſuræ. Congregatio Concilij reſpondet non poſſe. A. Cardinalis Carrapha.

12 Inter Auditorem Cameræ † & Gubernatorem vrbis eſt locus præuentioni quotieſcunque in criminalibus non tractatur de pœna capitali, vel membri mutilatione, quo caſu Auditor C. non ſe intromittit, quibus adde Mareſcallum qui dicitur iudex Curię Sabellonum, qui in cauſis criminalibus leuibus præuenit vtrumque, licet ab ipſo appellari poſſit poſtea ad Auditorem., vt dixi, in grauiſſimis verò præueniet etiam Gubernatorem, vt liquet ex literis Iulij II.

13 Inter Gubernatorem † & Senatorem in omnibus eſt locus præuentioni, & ſi concurrant Senator præfertur. Quò igitur ad cauſas criminales locum habet præuentio ſi delictum commiſſum ſit Romæ, vel reus delicti Romæ apprehenſus fuerit, maximè in cauſis grauioribus, homicidij, pacis fractæ, vel cautionis præſtandæ de non offendendo: Hoc autem intellige niſi fraus ſit appoſi-

14 ta, vt ſcilicet ſi reus † in loco fauorabiliore ſuppoſuiſſet accuſatorē ad incohandum ibi iudicium, tunc enim præuentio locum non haberet, vt per Boſſ. in tit. de foro compet. num. 80. poſt Felyn. quem ibi allegat in c. cum M. ferrarienſi col. 3. de conſtit. Item eſt verum ſi opponatur de præuentione, aliàs valebit

15 proceſſus † vtriuſque, vt per Innoc. d. c. cum M. Ferrarienſi quem ſequitur Felyn. ibi col. 12. verſ. extra gloſ. & eſt deciſio Afflicti 354. num. 3. Sed quid ſi pars eſt contumax, nec poteſt opponere de præuentione, an

16 poſſit hoc iudex † facere pro confirmatione iuriſdictionis ſuæ, cùm iudicibus permiſſum ſit ſuam iuriſdictionem tueri ad l. 1. ſiquis ius dic. non obtemp. fac. l. vltim. ff. vti poſſid. Reſpōdendum eſt quod primus non poteſt facere vt ſecundus abſtineat tanquam præuentus, niſi eſſemus in caſu remiſſionis rei, de quo in textu in §. ſiquis verò comprehenſorum in auth. vt nulli iudicum, & ita dicit Bartol. in l. ſepulcri col. 2. de ſepulcr. violat. & tenet Angel. de malefic. in gloſ. ſua iudex commiſit quod Caius: Cùm igitur reus con-

17 tumax † non poſſit allegare præuentionem iuxtà doctrinam Felyn. in c. cum ſit col. 2. de appellat. & in c. ex tenore col. 7. de reſcript. & eſt opinio Bartol. in diuerſis locis, vt per Boſſ. vbi ſupra num. 82. & vtriuſque iudicis proceſſus valeat, ſequitur quod hoc caſu valebit ſententia

18 in vtroque loco lata † vt per Bartol. in d. l. ſepulcri verſ. circa ſecundum. Niſi ante ſecundam ſententiam iam ſoluiſſet condemnationem primæ ad text. in l. euidenter ff. de except. rei iudic. Bald. in l. & ſi. ſe-

 uerior

uerior col. 4. C. de his qui not. infam. Etiam quod minor pœna imposita esset in prima sententia, vt per Alberic. in d. l. sepulcri Aret. consil. 58. col. 2. vers. venio igitur ad secundum. Nell. in tractat. de bannit. 1. part. 1. tempor. q. 3. col. 2. Sed hoc intellige nisi prima pœna fuisset extraordinaria, non ordinaria delicti, vel pœna spiritualis imposita à iudice ecclesiastico, vel etiam pœna ordinaria, sed minor in vno loco, quàm in alio, quia in alio potest suppleri, vt per Aret. in consil. præcitato, & Felyn. in c. de his in 11. limit. de accusat. & hoc vltimum intelligo vbi illa pœna esset absurda, & reprobata à lege, vt quia pro homicidio esset imposita pœna pecuniaria: Si igitur passus est se condemnari in
19 vtroque foro † potest cogi soluere pœnam in vtroque loco, vt per Angel. de malefic. in glos. Hæc est quædam inquisitio in vers. quæro Aret. & ibi August. de Arimin. in addit. Alberic. in l. 1. C. vbi de crim. ag. oport. Bart. in d. l. sepulcri in vltimo versic.
20 Et ideo cautus sit reus † qui scit eadem hora coram duobus iudicibus inchoari iudicium contra se, debet enim recurrere ad superiorem, quando sub eodem Principe sunt iudices, & instare ne de eodem delicto vexetur à duobus iudicibus, supplicando causam remitti ad vnum tantùm, quòd debet iudex concedere, & ad eum remittere, per quem iustitiæ locus magis aperiri videatur. Si verò essemus in diuersis dominijs, tunc ambo possent cognoscere, vt per Marian. in c. proposuisti col. 8. de foro compet. Abb. in c. fin. in prima glos. in vltima part. vers. nunc quæro eod. tit. Felyn. in c. pastoralis. vers. limita primo de rescriptis.
21 Inter Auditores † Rotæ est locus præuentioni quotiescunque duo rescripta de eadem causa duobus Auditoribus rescribuntur, & tunc ille erit iudex, qui alterum in exercitio iurisdictionis præueniet. Quod est etiam verum si alijs ab Auditoribus committatur. Est autem differentia inter diuersos iudices commissarios, inter quos est locus præuentioni per legitimam citationem, de qua in cap. præcedenti satis abundè, & ipsos Auditores Rotæ, inter quos præuentio habet locum per solam rescripti præsentationem Rota decis. 1. de constit. & decis. 6. de rescript. in antiq. Bellam. decis. 284. & seq. & ille poterit absque alia commissione de consensu tamen aliorum procedere, vt constat ex literis Innocen. VI.
22 Sed inter Auditores † & alios iudices mixtim præuentio locum habet per citationem validam, de qua dixi supra, quibus adde Cassad. decis. 5. de rescript. quam decisionem de hac valida citatione intelligas, vt per Rom. consil. 212. num. 4. & consil. 412. num. 5. Corn. consil. 57. col. 4. lib. 3. Afflict. decis. 294. & 366. num. 16. Gomes. in regul. de annal. possess. q. 45. Tiraq. de vtroque retract. §. 8. glos. 24. In tantum
23 † quòd processus factus à iudice præuento non tenet, quando scilicet coram eo fuisset allegata præuentio c. si duobus & ibi glos. in ver. non tenebit de appellat. l. contra pupillum. §. fin. ff. de reiudic. tenet Host. in summa in tit. de sent. §. quis debet col. 4. vers. quarto ratione tribunalis Guido Pap. decis. 276. an citatus, & decis. 421. creditor quidam, & decis. 443. quidam, Quia cùm præuen-


tio sit exceptio dilatoria, debet ab initio opponi, aliàs non impediet, vt per Bald. in l. peremptorias in fin. C. sent. resciud. non poss. & in l. 2. ff. de pet. hæredit. cum alijs per Alex. consil. 105. magnifice col. 2. vers. non obstat. lib. 3. Et si talis exceptio non fuisset admissa, appellari etiam potuisset, cùm de iure sit præuentioni locus, vt ex superiori capite abundè liquet.

24 Inter Vicarium Vrbis † & alios iudices, quò ad clericos districtus, in criminalibus non est locus præuentioni, cùm laicus nullo modo se intromittat: In criminalibus verò mixtis, præuentioni est locus, sed data præuentione ex parte Vicarij solùm contra clericos procedere potest, etiam si prætenderetur ratione connexitatis, adiuncti, vel aliàs quomodocumque laicum eius forum sortiri debere, iudex tamen secularis ita præueniens, quauis inhibitione sibi facta non obstante, absq; censurarum, vel aliarum pœnarum incursu procedere potest. Verùm quia distincta sunt capitula iurisdictionis à Sixto IIII. excluduntur clerici Romanam Curiam insequentes, qui omninò coram Auditore Cameræ conueniri debent. Et licet admodum facilè quis in iurisdictioné alterius possit consentire, & tunc acquisita iurisdictione, præuentio opponi potest, vt latè dixi supra, fallit hoc in clericis, qui in præiudicium Vicarij, alicuius iurisdictioni consentire non potest, vt latè per Abb. & cæteros in c. at si clerici de iudicijs.

25 Inter Iudices capitolinos † maximè habet locum præuentio, vnde si venires casus in quo alter eorum esset inhabilis, tota iurisdictio quò ad casum illum accrescet habili l. 1. ff. de offic. consul. Bald. in l. 1. C. quando non pet. Capyc. decis. 27. num. 11. Sed dices quid si tractatur vna causa coram Primo Collaterali, an Coram Secundo possit alia pertractari dependens à prima, ita quòd si incepit pertractari coram Secundo, habeat locum præuentio, non obstante litis pendentia. Dic quod sic, vt per Afflict. decis. 219. Sed pone populus Romanus habet aliqua

26 Castra † quibus concessa est iurisdictio, an si aliqua causa incepit pertractari coram Vicario illius Castri, possit non obstante litis pendentia tractari coram aliquo ex prædictis Collateralibus, vel Senatore, & dicendum est quòd habet præuentio ex parte Vicarij, nam licet iurisdictio videatur accumulatiuè concessa, & non priuatiuè: fallit, vbi esset concessa alicui Castro quod causæ debeant agitari in ipso per Vicarium ibi imponendum, eo enim casu ex mente concedentis apparet quòd iurisdictio priuatiuè quò ad alios fuerit concessa, vt per Rom. consil. 393. præsens consultatio & singular. 21. & est decisio Grammatici 30. num. 7. & plur. seq.

27 Inter Iudices † Capitolinos & Gubernatorem est locus præuentioni in causis mercedum quamuis ciuis, aut incola, aut de districtu sit, & si concurrant in tempore Senator præfertur, vt latè sæpius dixi supra. Hæc igitur quæ habui dicta, sufficiat pro explicatione siccæ materiæ vtriusque tractatus.



INDEX RERVM
ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS
QVAE IN HOC TRACTATV DE Tribunalibus Vrbis, & Eorum præuentionibus Continentur.



Prior numerus numerum. Secundus paginam denotat.

A

Auditor

INDEX.

Citatio

D

Di-

L

M

O

P

Q

R

S

FINIS.

REGESTVM.

†A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee ABCDEFGHIkL

Omnes ſunt Duerniones.



ROMAE, Apud Iacobum Ruffinellum.